

LIBRARY

V  
W<sup>W</sup>

In Galveston  
Texas  
1881.



Mag. St. Dr.

910352-  
- 910355 I

7449  
7450  
7451.  
7452

Presented  
by  
John

41  
41

P. 198 Segment Baro  
297

Galeum

VINCENTII  
CONTARENI  
DE FRUMENTARIA

Romanorum largitione

L I B E R,

*In quo ea præcipue, quæ sunt à*

JUSTO LIPSIΟ  
cum in Electis, tum in Admi-  
randis de eadem prorita,  
examinantur.

*Eiusdem*

DE MILITARI ROMANO-  
RUM STIPENDIO  
Commentarius.




VESALIÆ,

Typis, ANDREÆ ab HOOGENHUYSEN,  
Typogr. Ordin.

M. DC. LXIX.

7452



910355

J

Plurimum Reverendo, Clarissimo &  
Doctissimo

Viro,

Dn. CHRISTOPHORO  
WITTICHO,

SS. Theolog. & Philosophiae Do-  
ctori, illiusque in Illustri Academia  
Neomagensi Professori  
Celeberrimo.

R Edit ad te, Vir Clarissime,  
VINCENTII CONTARENII  
presens quod cernis OPUSCU-  
LUM, quod mecum pro summo  
tuoi rem literariam affectu, nō i-  
ta pridem communicare dignatus  
es. Illius encomiaſtē ut agam, me-  
arum nec est virium nec partium.  
Sibimet ipſi abundē illud sufficit,  
nec apud æquos Censores alieno  
indiget præconio. Typis de novo  
describere duxi operę pretium, ut  
( 2 ) sic

## DEDICATIO

sic & doctissimi autoris honori li-  
tarem , & multorum desideriis sa-  
tisfacerem. Tibi verò illud conse-  
crare & volui & debui , ut ita pro  
beneficiis maximis , quibus me  
meosque hactenus citra demeritū  
prosequutus es , aliquale apud te  
extaret ~~tempus~~ Quod uti non du-  
bito, quin æquo animo sis latus ,  
ita obnixè rogo , ut me ac hosce  
meos conatus benivolo vultu  
porrò aspicere digneris. Dabam  
Vesaliæ. 26. Junij Anno 1669.

*Tibi ad quævis obsequia  
paratissimus*

ANDREAS AB HOGENHUYSEN.

ILLVSTRISSIMIS  
ATQUE EXCELLENTIIS.  
TRIVM VIRIS.

Patauino Gymnasio moderando  
M. ANTONIO MEMO D. MARCI  
PROC.  
ANTONIO PRIOLO ÆQVITI ET D.  
MARCIPROC.  
ANDREAE MAVROOCENO SE-  
NATORI.

*Vincentius Contarenus*  
*S. P. D.*

I generis vestri clarita-  
tem specto Ill.<sup>mi</sup> atque  
Excell.<sup>mi</sup> Trium viri,  
earum gentium fami-  
liæ vestræ sunt, quæ præcipua  
inter Italicas nobilitate censentur.  
Si dignitatem; omnes honestissi-  
mum, plerique summo proximum  
in REP. VENETA locum obti-  
netis. Si propensam ad bonarum

## DEDICATIO

artium studia juvāda voluntatem; ea fidei vestræ publicè sunt commendata. Si quantum vobis præ, cipuè debeam; muneris vestri est quod honesto fruor otio, quod unis, ut semper optavi, litteris vaco, quod apertus mihi à vobis est cursus ad laudem, atque adeo, nisi per me stet, ad immortalitatem, cum sex abhinc annis doctrinarum omnium principibus me in Patavina Academia collegam adjungendum censuistis. Quamobrem causas, cur inscribi aliquid vobis debuerit depromptum è studiis meis, cur quæram, aut comminiscar, nihil est. Cum enim de vobis cogito, satis multas, & quidem graves reperio. Cum autem vires meas consulo, quid sciām, quid suscepserim, quid præstiterim; venit in

men-

## DEDICATIO

mentem vereri , non dicam , ne  
vobis , quorum est incredibilis hu-  
manitas , sed ne forte aliis nomine  
vestro ad libelli hujus commen-  
dationem videar abuti . Quos in  
litteris progressus fecerim , mei ju-  
dicii non est ; id unum scio , tam  
multis partibus esse plura , quæ ne-  
sciam , ut quidquid id est viæ quod  
confeci , præ eo quod restat , pun-  
cti instar sit . Præterea in tam dif-  
ficii versor argumento , ut vel me  
judice , eximium JUSTI LIPSII  
ingenium fatigarit . Quid igitur  
putem præstare posse me Ampli-  
tudine vestrâ non indignum , &  
loci claritate , quem post SIGO-  
NIUM . V. C. à me teneri volui-  
stis ? Ut nihil præstem , conari ju-  
vat , nervosque omnes intendere ,  
ut quod Vobis pro immortalibus

## DEDICATIO

vestris in me beneficiis debeo, saltem voluisse videar aliqua ex parte dissolvere. Cujus autem stultitiae fuerit, vos publicos litterarum patronos, estimatores industriæ, judices ingeniorum adeo negligere, ut quæ propria vestra cognitio est, eam aliis tribuam, & judicare prius quemquam de me, quam Vos selectos judices malim? Nam obscura, multisque implicata difficultatibus quæstio, & magnum in litteris LIP SII nomen faciunt, ut mihi opus sit latere in tutela, & præsidio dignitatis vestræ. Magnum enim & anceps in eo certamen cum gratioſo adversario, qui ingenii atque industriæ opinione omnium ferme animos jampridem occupavit. Male igitur mecum agatur, ni Vos habeam

## DEDICATIO

beam patronos , quorum me re-  
creet virtus , reficiat humanitas  
reverentia confirmet. Spero  
etiam fore , ut me vobis conci-  
liet PETRUS BEMBUS , cui Vos  
ut patria , sic historia conjunxit ;  
qua res præclare à majoribus ve-  
stris bello & pace gestas immorta-  
li memoriæ consecravit. Qui igi-  
tur alteram ejus beneficio , non  
pecuniæ sed gloriæ , quæ vobis  
eripi nullo modo possit , hæredi-  
tatem crevistis , ei optime merito  
gratiam referetis , si quod mihi o-  
tium facitis , id vobis non modo  
volentibus , verum etiam faventi-  
bus in ejus fama sarta tecta tuenda  
consumpfero. Id enim ago , moli-  
or quidem certe , & hunc libel-  
lum , quo mihi viam muniat , præ-  
mitto. Is poterat , fateor , & primi  
diu-

## DEDICATIO

diutius & acriore studio perpoli-  
ri, ne cetera à fronte, quam nomen  
vestrum ornat, discreparent. Sed  
in tanto frugum proventu , quo  
anno Ceres peregrinata esse his  
regionibus videtur , mea ego fru-  
menta premere non debui , sed  
potius Romanorum exemplo lar-  
giri, ut ubere annonâ quemadmo-  
dum corpora , ita ingenia aleren-  
tur. Hoc enim consilio me ad  
scribendum contuli. Quod si id  
sum, quod volebam , assequitus,  
Vobis secundum Deum referri  
acceptum volo : si minus, hoc fal-  
tem assequar , ut apud omnes te-  
statum relinquam , me , quantum  
vobis debeam , intelligere. Va-  
lete.

Patavij Pridie Kal. Sextiles ccccix.

oli-  
hen  
Sed  
quo  
his  
fru-  
sed  
lar-  
mo-  
en-  
ad  
i id  
us,  
erri  
sal-  
te-  
tum  
Va-

GLI Eccellentissimi Sig. Capi dell' Eccelso Conseglie di X. infra-  
scritti hauuta fede dalli Sig. Reformato-  
ri dello Studio di Padoa, per relatione à loro fatta dalli doi à questo deputati, cioè del R. P. Inquisitor, & del Circ: Secretario del Senato Gio Maravegia, che nel Libro intitolato *Vincentii Contareni De frumentaria Romanorum largitione liber &c.* non si troua cosa contraria alle leggi, & è degno di stampa, concedono licentia, che possi esser stampato.

Datum die 13. Augusti 1609.

D.Benetto Sanudo

D.Filippo Benbo

D.Lorenzo Marcello

{ Capi del' Eccelso Cons. di X.

*Excellentiſſ. Conf. X. Secretarius  
Io. Baptiſta Padauinus.*

IN

L  
f

Leg  
(

Dej

o

De

De

De

De

m

De

fr

De ii

m

De ii

Ca

Def

# INDEX CAPITUM.

- D**e frumentariæ largitionis i-  
nitio, & progressione, dum  
fuit arbitraria. *Caput I.*  
**L**eges de frumentaria largitione.  
*Caput* *II.*  
**D**e frumentariis Principum largiti-  
onibus. *Caput III.*  
**D**e pane pro frumento dari cœpto.  
*Caput* *IV.*  
**D**e mode frumenti. *Caput V.*  
**D**e iis quibus dabatur publicum fru-  
mentum. *Caput VI.*  
**D**e numero accipientium publicum  
frumentum. *Caput VII.*  
**D**e iis, qui curabant publicum fru-  
mentum. *Caput VIII.*  
**D**e iis qui frumentum distribuerunt.  
*Caput* *IX.*  
**D**e frumentariis provinciis. *Cap.X.*

A

PRÆ-

**2**  
**P R A E C I P V A Q U Ä D A M**  
Disputationis Capita, in quibus  
Contarenuſ a LIPSIO diſſentit.

Capite I.

- 1** **N**ON eſſe id initium frumentariæ largitionis, quod tradit Lipsius primo Electorum Cap. VIII. ex LIVIO qui de largitione verbum nullum facit.
- 2** Integrum Pliniſe libro XVIII. Cap. III. locum de Marcij largitione fruſtra à Lipsio emendari.

Cap. II.

- 3** Nulli eſſe culpæ affinem, neque ab aliorum scriptorum consuetudine discedere APIPANUM, cum affirmat lege Sempronia datum plebi frumentum anno tōv kouāv, de publico.
- 4** Legem Semproniam non modo ante Syllam fuisse abrogatam, sed tres præterea de frumentaria largitione, aut promulgatas aut latas ante Syllanam dominationem.
- 5** Legem Tereniam, quam significat Mar-

Marcius trib. pl. apud Salustium in  
historiarum fragmentis fuisse perla-  
tam.

Aveuntor eſe eum, cui nihil dividatur, 6  
non autem infinitum, ut Lipsius ver-  
tit.

S. C. in Catonis sententiam factum & 7  
ratum fuisse.

Non unam a Clodio, sed duas latas esse 8  
frumentarias leges.

Suas Catonis frumentum gratis datum 9  
non fuisse.

### Cap. III.

Augustum XI. consulatu duodecim fru- 10  
mentationes famis caufa emensum  
non esse.

Premium frumenti, quo de agit TACI-  
TUS libro Annalium XV. non fuisse  
ejus, quod Imperatores largiri erant  
soliti, cum id fuerit à lege Clodia om-  
nino gratuitum.

### Cap. IV.

Neque à Trajano pacem pro frumento  
dari cœptum, ut docet Lipsius in Ele-  
ctis, neque circa Flaviorum imperi- 12

um, ut in Admirandis Cap. X.lib. II.  
quæ utraque initia confirmat veterem  
testimoniis, neque tamen eorum pug-  
nam dirimit.

13 Potuisse Lipsium animadvertere fabulas  
cani à vetere Persii interprete, cum  
in Satyram III. significatum ait pa-  
nem fiscalem ab eo, qui Satyra V. fru-  
mentariam largitionem agnoscit.

14 Lapi Lipsium in IVVENALIS loco  
interpretando, non modo quia poeta re-  
clamat Satyra VII. verum etiam quia  
ipse net secum pugnare videtur, cum  
in TACITI Annalium Librum IV.  
de pane vœnali hæc scripta docet.

15 Vitiosam esse eam concludendirationem,  
qua utitur Lipsius in VICTORIS lo-  
co. Si collegium pistorum a Trajano,  
ergo & panis fiscalis.

Cap. V.

16 Eque vitiosam esse alterā; qua utitur,  
ut ostendat modum frumenti minimū  
fuisse modios senos, quia Marcus apud  
SALVSTIUM ut exilem modi-  
um quinum largitionem criminatur.

Fal-

Falso Lipsium scripsisse in Admirandis ordinariā largitonem fuisse X. modiorum, atq; id à se in Elicis notatum, ubi non modo hoc non notat, sed contrariam etiam sententiam probat, quam ego Cap. III. Dionis testimonio confirmavi.

### Cap. VII.

Dionis verba de frumentantium numero 18  
à Cæsare ad partem dimidiam redacto  
Lipsium male interpretatum videri.

Auctum a Cæsare frumentantium numerum probabilius videri, quam veterem, ut putat Lipsius, esse revocatum.

DIONEM in recensu ab Augusto acti tempore, & in pecuniae summa non modo non errasse, verum etiam in his prodendis summa fide, ac diligentia esse versatum.

Factus necne sit ab Augusto, quo anno 21  
XIII. consulatum gessit, populi recensus, ex lapide Ancyrano intelligi non posse.

Lipsium semel & iterum Ancyranila-  
pidis

pidis exemplar frusta emendare co-  
natum.

23 Vitiosa tertia Lipsij argumentatio. Aux-  
is Tiberius TACITO teste libro An-  
nalium VI. numerum frumenti: &  
frumentantium igitur.

Cap. VIII.

24 Ediles frumentaria curatione solutos  
lege Terentia, quam Sempronia veri-  
similiora videri.

25 Turranium titulo annonæ præfictum,  
revera Augusti in hac curatione Vica-  
rium fuisse, contra quam Lipsius sen-  
tiat in Eleclis, & in TACITI Anna-  
lium lib. I.

Cap. IX.

26 Viariam legem à Curione esse jactatam,  
non vineariam, ut Lipsius vult,  
COELII locum ex epistola ad Cicero-  
nem corrumpens.

Cap. X.

27 Africani frumenti modum a Lipsio neq;  
in Eleclis, neq; in admirandis satis fu-  
isse investigatum.

28 Potuisse Lipsium animatvertere Iosephū  
in

*in Agrippæ oratione ad Iudeos causa  
sæpe servire.*

*VICTORIS locum de Egyptio fru- 29  
mento à Lipsio corrumpi, ut iniustum  
Iosephum servet.*

*Multos veterum scriptorum locos trahi 30  
à Lipsio repugnantes ad frumentari-  
am largitionem, quacum nibil illis  
reiecit.*

**VINCENTII  
CONTARENII**

De frumentaria Romanorum  
largitione

**LIBER.**

**S**i qui sunt , qui cupiant recta grasa-  
fari ad gloriam , neque ex aliena  
ignominia famam aucupentur , in his  
ego nomen profiteor meum. Semper  
enim in ea fui sententia , ut existima-  
rem , qui ex alienis incommodis sua  
comparant commoda , violari ab iis  
hominum inter homines societatem ,  
& dari non obscura pravi atque obtusi  
ingenii argumenta. Quippe cum re ip-  
sa fateantur , præcisam sibi esse omnem  
super ceteros eminendi spem , ni aliorū  
ruina se fulciant , atque attollant . Sed  
ut docent officiorum magistri , inci-  
idunt tempora , cum , quæ turpia & in-  
iusta sunt , fiunt contraria , & viros  
bonos

Defrument. Roman. largit. 9

bonos, excelsoque animo præditos decent Neque enim qui serviunt communi utilitati, sapientum iudicio sunt ulli culpæ affines, si facere non possunt, quin de aliena fama quid detrahant: & fuit laudabile Romæ institutum, priusquam odiis, atque ambitu corrumperetur, commendationem ætatis ab accusatione ducendi. Itaenam siebat, ut qui legibus coerceri non poterant, poenæ saltē, atque ignominia metu a malefactis deterretentur. Sed & ad arcendam, propulsandamque iniuriam deprimere eum, a quo infertur, licet; non modo si nos ipsi lædamur, aut cognatione, & familiaritate nobis conjuncti, sed etiam si alii, qui opera nostra egeant. quod officium qui prætermittunt, dum vitant vitium, in contrarium incurruat. Hæc faciunt, bona ut spe sim, & iudicibus non iniquis caussam meam me probaturum confidam: qui cum publicæ utilitatis, tum civis mei tuendi studio incensus diem IUSTO LIPSIO V.C. dicere aude-

am. Agitur enim causa veritatis, quam ut scopum habent omnes propositam, qui bonis artibus operam nant. Pro ea qui mendacium obtrudi alicui patiuntur, non minus violent officium, quam qui ab ægris, ut medici famæ parcant. venenatum poculum exauriri sinunt. Agitur etiam causa PETRI BEMBI, qui fuit splendor Italici nominis, & patriæ ornamentum. Is à IUSTO LIPSIО, quem non modo non læserat, sed ne natum quidem scire potuerat, accusatus, & mortis exceptione usus ita à plerisque absoluitur, ut damnentur Itali, qui dolorem suum tam lente ferunt, & Germanis defensi BEMBI gloriam non invident. Hanc igitur maculam Italico nomini, civibus meis, & BEMBO præcipue impositam ut delerem, statui mihi omni ope enitendum, atque ut Græci dicunt, *νηγε χειρινη τωδινη, πατον διναυσι*. Quamquam autem que nunc instituitur de frumentaria largitione disputatio, potest prima fron-

te videri & ~~ωσδιούσας~~, atque à suscep-  
to Bembi patrocinio remota; qui ta-  
men consilij mei rationem perspexe-  
rit, non dubito, quin fuisse id tutis-  
simum, necessarium certe fatean-  
tur. Cum eo enim res mihi futura  
est, qui ab ubere ingenij, atque indu-  
striæ fonte ad tantam profluxit homi-  
num existimationem, ut altior videa-  
tur omnium censura, & unus ex om-  
nibus nulli errori obnoxius: scilicet  
Olympi similis cuius verticem astris  
propiorem, quam terris negant ullis  
obduci nudibus, ullis perflari turbini-  
bus ventorum. ut verendum sit maxi-  
mopere, ne præjudicia de tanti viri  
doctrina veritati ad animum aditum-  
præcludant, meque nequidquam cla-  
mante, ac repugnante loqui è tripode  
tunc etiam videatur, cum è plaustro  
jactat in BEMBUM maledicta verius,  
quam crimina. Quare faciendum est,  
ut muniam mihi ad defensionem viam  
& ad fidem; atque hominem esse LIP-  
SIUM ostendam, ad cuius diligentia-

am & judicium aliquid possit accedere. Quod si assequor, de eodem oleo, atque opera consulatum veritatis amantibus; iis præsertim, qui aut districti gravioribus negotiis, aut in aliarum artium tractatione occupati ita diver- tunt ad nostras, ut singula examinare per otium non possint. Hi enim sunt in primis idonei, qui fallantur; præ- fertim in legendis LIPSII libris, in quibus multa a vero abhorrentia sub veri persona latent. Ea omnia qui ve- lit excutere, provinciam suscipiat eo graviorem, quo est difficilius refellere mendacium, quam dicere. Mihi sane satis superque erit pauca è plurimis in medium afferre, ut ex iis conjectura de ceteris fiat. Familiam ducet hæc de frumentatione disputatio: sequentur variæ lectiones meæ, in quibus inter- dum a Lipsio dissentiam. Hæ dum de- scribentur, institutam ab solvam BEM- BI defensionem, daboque operam, ut omnes intelligent, LIPSII censuram, ne quid gravius dicam, esse levissi-

mam.

mam. Cogent agmen libri de FALSA  
magnitudine Romana, quibus A D-  
M I R A N D A oppugnabo, & illos  
præcipue gigantum more congestos  
auri montes non fulmine, sed solo ve-  
ritatis fulgore disiiciam. Quo fiet ut  
non modo undique te&t;a sit apologia,  
sed par etiam pari referatur; & qui  
Venetam PETRI BEMBI historiam  
damnavit, ejus fabulæ de magnitudi-  
ne Romana explobat, Vrbe ipsa,  
ut spero, favente, de cuius glo-  
ria plurimum detrahitur, cum lauda-  
tur falso. Hæc scripséram Lipsio su-  
perstite, cum nihil mihi esset optati-  
us, quam ne quid illi humanitus acci-  
deret, antequam hi libri ederentur.  
Primum ne cui forte sermones darem  
de me; citare Lipsium, cum sistere se,  
& respondere vadato non posset: quo-  
cum vivo congregi ausus non essem,  
cum eo mortuo larvarum more lucta-  
ri. deinde ut summum virum, qui mul-  
to ante, quæ vocarem in controversi-  
am, esset meditatus, secūq; animo per-  
egisset,

14. *Vincentij Contarent*

egisset, non imparatum haberem adversarium, atque ita citius è conflictu nostro scintillæ veritatis emicarent. Conflictum dixi, litterarium tamen, in quo, ut homines decet honesto loco natos, & litteris informatos ad humilitatem solis rationum, ac testimoniorum momentis nos confodissimus. Sed cū MARCUS VELSERUS II. Vir Augustanus nobilitate, dignitatis gradu, & eruditione illustrissimus scripsisset ad me vixisse Lipsium, ita sum commotus, ut hastas, quod ajunt, abjecerim, & hunc ipsum libellum, qui in eo jam erat, ut imprimeretur, librariis extorserim. Et tamen denuo non modo amicorum, sed virorum etiam gravissimorum auctoritas me adduxit, ut eum edi paterer. Ita enim disputabant. unam eandemque esse nunc, & fuisse olim caussam veritatis: imo eo nunc deteriorem, quod quæ damnari potuissent a Lipsio superstite, quasi sancta ejus morte, in hominum animis altiores in dies agerent radices.

Has

Has nemo si evelleret , ne pugnare  
cum mortuo videretur , quam esse ve-  
ritati emergendi unquam reliquam  
spem? Turpius eam mortuo , quam vi-  
vo proditum iri. Neque deterritum  
hac religionem eum Lipsium , quo de-  
ageremus , quin tristem in Bembum  
censuram exerceret. Quid igitur me  
ipse morarer , ac ne Lipsij quidem ve-  
stigiis auderem insistere? Æternam ad-  
versus falsum , & libros , quibus pro-  
ditur , esse auctoritatem. Quod erat  
facturus . si licuisset , Liptius , ut scri-  
pta sua purgaret , id ego si facerem pu-  
blico bono , optionis potius , quam  
hostis munere fungerer. Sed & habi-  
turum gratiam , si sentiat , exequi à  
me , quod in auro suo est , purgamen-  
torum ac sordium. Neque esse veren-  
dum , ne viri prudentes apologiæ se-  
curum siccum facere. & insultare in  
mortuum audacius me putent. Neq;  
enim cum Lipsio actum esse tam male ,  
ut non egregios disciplinæ suæ alum-  
nos reliquerit , qui , quo par est , animo  
docto-

doctoris decreta, & memoriam colant. Hi certatim ne pro magistro vadimonium obeant, neu multi in me pro uno cooriantur, id vero esse verendum. Quis enim repressos præclaros illos impetus, aut restinctum credat ardorem animorum, quem præ se tulerunt, cum est Lipsius à Lampugnano petitus? Scire me, quam multi sint ejus patrocinium professi per id tempus, si quidem ipse adversarium contemnere, nec responso dignari instituisset. Nec defore, qui nullis obstricti grati animi vinculis, si minus pro Lipsio, at pro veritate meo exemplo omnem dimicationem subeundam meq[ue] amice monitum ingenti beneficio sibi obstringendum putent. Quod igitur Lipsius vixisset, id minus nemini quam mihi ipsi conducere, cui soli cum solo congregandi spe erpta multo acrior cum pluribus immineret pugna. Si Lipsii sententiam in disquisitionem vocarem, facturum me item ut Cadmum, qui satis mortui draconis dentibus, ar-

matas

matas acies in se vidisset insurgere. Sed illi fessisse prospere, quod in se ipsas ferrum convertissent: mecum bene actum iri, si pauci in me conspirarint Licere mihi defugere hanc pugnam, si male odisse Lipsium, videri velim. Nam fatuрос, qui hoc sibi persuadeant, si eo rebus humanis exempto arma posuero, perinde ac si mihi esset ereptus; in quibus autem lapsus est humanitus, quorum odium præ me semper tuli, ea serpere in dies longius sivero. His illi cum me obtudissent, eo tandem perpulerunt, ut dicerem, fore me in eorum potestate; quin si haec probari videarem viris doctis, reliqua etiam, in quibus à Lipsio dissentio, esse editurum. Aleam igitur, quam dicunt, jacio, atque hoc de frumentatione commentario liberare incipio fidem meam. In eo cœpi non omnia persequendi consilium, sed ea tantum, quæ aut censura, aut luce indigebunt.

Hoc

Hoc volui primum, nescius lector ne  
esset, quem præterea monitum volo,  
sæpe fore, ut iisdem utar scriptorum  
veterum locis, quos attulit Lipsius:  
aut qui sunt ejusmodi, ut cum magis:  
idonei nulli reperiantur ad hanc rem  
illustrandam, sine illis manca, & mu-  
tila sit disputatio: aut quia possunt re-  
torqueri in Lipsium, & ad eum confu-  
randum adhiberi: aut quia in illis ex-  
aminandis est non parvus diligentia  
meæ relictus locus. Ut igitur Attici,  
Strabone teste, quas veteres fabrine-  
glingentius excoixerant, masras reco-  
quendo grandæ operæ pretium fece-  
runt: ita spero fore, ut ex veterum lo-  
cis, quos attulit Lipsius, denuo ex-  
aminatis, multa eruantur, quæ ipse  
præteriit, aut quæ ipsum præterierunt.  
Sed verborum jam satis est, ad rem  
ipsam veniamus.

De origine, & progressione frumentariae  
largitionis, dum fuit arbitraria.

Cap. I.

**F**rumenti largitio, quam frumentationem etiam dixerit, quid veteribus fuerit, nomen ipsum satis indicare non potest. Nam & largiendi ratio una atque altera. & frumenti genera multa fuerunt. Donare non modo is dicitur, qui gratis dat; verum etiam qui ex pretio aliquid detrahit. Quin verissimum hoc fuisse largitionis genus fatebitur, qui ejus tempora diligenter observarit. Principio enim Senatus, & magistratum arbitrio frumentum datum est levissimo pretio in modios aestimatum: largitio deinde sancita est legibus. quarum postrema gratis primum dedit. Hæc arsis Imperatoribus, & habita inter imperij fundamenta diurno tandem pane mutata est. Frumentationis autem nomen non nisi post latas leges, ut mihi quidem videtur, usurpari coepit,

ptum, Augusti præsertim ævo celebratum est. Largitio enim rara & incerta, & quandam retinens venditionis spectie novum nomen nullū desideravit. At statam, & multo quam solitum esset, frequentiorem, ad plures pertinentem, & quod caput est, plerunque gratiam suo vocabulo sæpius appellatam esse, quis neget? sed missis nominibus, quatuor, quæ proposuimus, largitionis tempora sigillatim persequamur. Ante omnia origo & initium indagandum est. Quia in parte agit Lipsius sane liberaliter: cum ad unum, & alterum aliquot annorum spatio dirempta digitum intendat. Nam Senatum statim post reges exactos ex Livio lib. II. largitionis hujus auctorem facit anno V. C. CCXLVI. Idem Plinium sequutus lib. XVIII I. hanc M. Marcio Ædili laudem tribuit, qui post annum V. C. CCLX. ædilitiam gessit. Quod fit, ut inter utrumque initium anni minimum XV. intercedant. Scilicet ut quædam flumina, ita frumentaria largitio

gitio à duobus diversis fontibus, & capitibus manat. Quod mihi tamen longe secus videtur, qui duorum initiorum saltum unum, dubium & incertum esse alterum autumo. Falsum Livianum: ita enim sane appellemus; quamquam de eo Livius, ut mea fert opinio, ne cogitavit quidem, cum illa scriberet. *Multa blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Annona in primis habita cura; & ad frumentum comparandum missi alii in volcos, alii Cumas.* (Nam quod legit Lipsius, *Æquos*, adulteriū procul dubio est.) Quid eum adduxerit, de largitione ut hic actum putaret, facile quivis conjectura assequatur. Nam & blandimentum vocatur à Livo annonæ cura; & in eorum, quæ largitiones proculdubio fuerunt, numerum refertur: salis leviore pretio publice dati, portoriis quoque ac tributis plebis liberatae, quæ Halicarnasseo etiam lib. V. δημοτικὰ popularia, & φιλανθρωπικὰ πρὸς τοὺς πέντε beni-

benignè, atque humaniter populo præstata videntur. Veruntamem quæ contradici possint, non modo plura, sed etiam graviora sunt. Ut enim si omnes ad unam largitiones esse blandimenta quis velit, ei ego admodum non repugnarim: ita blandimenta omnia esse largitiones, neque ego, nec sanus quisquam dederit. Neque enim retro res commeat; cum duorum, quæ inter se comparantur, pateat alterium latius; hoc generis, illud formæ obtineat locum. Quam multi enim sunt, qui verbis aut factis blandientes nihil largiantur? Qui vero astipulari Lipsio videtur Halicarn. is aperte adversatur, cum largitiones ab annonæ cura, scriptione, temporibusq; discernit. Prodit enim plebem levatam esse tributis, ac vectigalibus, quamquam proprius ille erat de largitionibus agendi locus de annona tamen ne verbum quidem, nisi post interjectam bene longam, & multis versibus explicatam rerum obsessa jam urbe gestarum narrationem: satis ut

indi-

præ-  
con-  
sed  
mnes  
penta  
pug-  
elar-  
quis-  
ores  
er se  
tius;  
tlo-  
rbis  
tui?  
Ha-  
argi-  
one,  
enim  
et i-  
erat  
anno-  
post  
ultis  
jam  
is ut  
indi-

indicet , neque hanc sibi largitionem videri , neque iis assentiri , qui prode-rent , missos antequam urbs obsidere-tur , in Volcos & Cumas , qui frumen-tum ad urbem convehendum curarent . Quamquam utrum ante , an post obsi-dionem sint missi , ad suscep-tam dispu-tationem quod attinet , haud in mag-no equidem ponam discrimine . Li-vium sequamur : sint antea missi . Quid est ? Virum ii tantum blandiuntur , qui populum donant frumento , an etiam qui annonæ habent curam ? Sane hanc uberem ubique ples cupit : fame autem prope in furorem , rabiemque agitur . Ut enim ait apud Livium Scipio , fa-mes *ultimum humanorum supplicium* est . Quod si quicunque annonæ habent curam , ut blandiantur plebi , largiri censendi sunt ; dici vix poterit , quæ multæ sint urbes , quæ nec opinato lar-giantur . Unæ olim è Græcis omnibus Athenæ , Venetiæ nunc ex Italicis fru-mento plurimo utuntur importato . Qui ex eo conficiat viguisse , aut vigere u-

trōbique frumentarias largitiones,  
quis eum sibi audiendum putet? Non  
igitur si frumentaria procuratio suscep-  
pta Romæ est à Senatu, atque opera  
data, ut magna esset in urbe annonæ  
copia. continuo verum est, frumen-  
tum plebi, aut plane donatum, aut mi-  
noris, quam quanti erat, divisum. His  
bellum accedit, imminensque ab Etru-  
scis urbi obsidio, quæ vel una patres,  
si quid saperent, ad habendam anno-  
næ curam potuit adducere: ne plebs  
cum vastari agros, ardere tecta, om-  
nia extra urbem ferri, agique urbem  
ipsam vexari videret, ad regum obse-  
quium rediret fessa tot malis, quibus si  
fames accederet, ne dii quidem, ut est  
apud Livium, servare urbem possent.  
*Superantur enim, ut est apud eundem*  
lib. V. *humana omnia mala: famem u-*  
*nam natura vinci non sinit.* Quamob-  
rem Fidenates quoque bello cum Ro-  
manis suscepto, ne obsidione cogi ad  
dificationem possent, frumentum non  
necessitati modo satis, sed copiæ quo-  
que

que abunde convixerunt. Et Faliscis à Camillo obseſſis terebatur tempus neutrō inclinata ſpe, cum frumentum ex ante convecto large ſuppeteret, ut Livius ipſe cuius testimonio in re alioqui clara & aperta uti operæ eſt, ut controversus locus illuſtretur, prodit lib. IV. & V. Utrum igitur Fidenates quoque, & Faliscos, anne Romanos quidem eſſe largitos dicemus? Sed & mirari proſiteor me prudentiam patrum, ſi in tantis anguſtiis publicum frumentum ad ultimum inopiae refervandum, ſtulta indulgentia, urbe non dum obſeffa, populo diuiserunt. Quod ſi quis miſſos dicat per id tempus, qui compararent; largitionem aliquanto poſt eſſe factam: eum ego Livianis de eodem bello verbis conſutabo. Obſidio erat nihilominus, & frumenti cum ſumma caritate inopia. Nam ſi frumentum publice eſt diuſum, quæ inopia; ſi do- natum, quæ eſſe caritas potuit? Quo conſilio Senatus frumentum emensuſ, & largitus eſt, niſi ut inopiam & cari-

tatem leuaret? somma utraque fu-  
it: largitio igitur nulla. Qui au-  
tem de hac fame quæ ab Halicarn-  
scripta sunt, legerit, non dubito, quin  
mihi assentiarur. Amplius CCC.  
hominum M. in urbe obfessa acri an-  
nona fatigabantur: ante obficio-  
nem frumenti haud ita multum erat  
convectum, & brevi absumptum: ho-  
stes circum tenebant omnia, & illatus  
ex agro Pometino commeatus ad  
paucorum dierum usum vix eos fe-  
fellerat. In nunc, & largitionem fa-  
ctam crede, ubi ne erat quidem, quod  
largirentur. Unum adbuc si addide-  
ro ad alterum me initium convertam.  
Traditus ab antiquis usque ad Livij  
æstatem inter cetera solemnia mos  
mansit, bonis vendendis, bona Porse-  
næ regis vendendi: de cuius origine  
moris hæc Livius.

Proximum vero est ex ijs, quæ tradun-  
tur, Por senam discedentem ab Ianicu-  
lo, castra opulenta, convecto ex propin-  
quis atq[ue] fertilibus Etruriaæ arvis com-

mea

meatu, Romanis dono dedisse, in opere  
tum urbe ab longinqua obsidione: ea  
deinde ne populo immisso diriperentur  
hostiliter, vñenisse, bonaqz Porsenæ ap-  
pellata. Hanc ipsam auctionem Ha-  
licarnasseus historiarum suarum mo-  
nimentis mandavit. Qui igitur ha-  
sta posita Porsenæ bona fortuito ob-  
lata, & populo R. donata subjecere  
præconis voci, eos putabimus, quæ  
ære sibi suo ac libra empta essent,  
donasse? Ad alterum jam initium ve-  
niamus, quod notatæ videtur Plini-  
us lib. XVIII. cap. III. his verbis.  
*M. Marcius ædilis pl. primum fru-*  
*mentum populo in modios assibus dona-*  
*vit.* Id mihi initium non tam fal-  
sum, quam dubium videri pronun-  
ciavi. Neque enim constat fuerit  
*M. Marcius ædilis primus Romæ,*  
*neque fuerit.* Si fuit, assentior Li-  
sio, atque hanc primam largitio-  
rem statuo: fin minus, negari  
non potest, Senatum hanc reli-  
quias omnibus laudem præripuisse.

Nam

Nam altero ab Ædilibus creatis anno, gerentibus eum magistratum Sicinio, & Bruto, Senatus in summa annonæ caritate, & pecuniæ inopia frumentum levissimo pretio æstimatum populo divisit. Quod ut clarius sit, atque aperi-  
tius operæ pretium me facturum arbitrор, si tempora, quæque his gesta sunt, proposuero, non ad corruptam, qua Li-  
vius, atque Halicarnasseus, sed ad in-  
tegram, qua Cicero utitur, annorum computandorum rationem exacta, quæ magna etiam, ni fallor, hanc Ro-  
manæ historiæ partem luce perfundet. Anno igitur ab V. C. CCLIX. à regi-  
bus exactis, ut Ciceronem pro Cor-  
nelio sequutus, favente Deo, alias do-  
cebo, XV. Vetusius, & Virginius,  
quo mense incertum, sed ut ex Hali-  
carnassei lib. VI. intelligitur post Kal.  
Sept. consulatum inierunt.

Anno V. C. CCLX. à regibus ex-  
actis XVI. Vetusius & Virginius con-  
tinuarunt ad Kal. Sept.

Kalendis Septembribus Casius,  
&

*De frument. Roman. largit.* 29

& Cominius Coss. Halicarnasseus  
lib. VI.

Septembri extremo secessio plebis.  
Halic. lib. VII. initio: ut fallatur Li-  
vius, qui Cassium, & Cominium per  
secessionem plebis inisse tradit.

Decembri mense plebs in urbem re-  
diit.

IV. Idus Decembris Tribuni &  
Ædiles pl. primum creati. Tribuno-  
rum nomina extant, Ædilium inter-  
cidere.

Anno V. C. CCLXI. à regibus ex-  
actis XVII. ad Kal. Sept. Cassius &  
Cominius Coss.

Kal. Sept. consulatum ineunt Ge-  
ganius, & Minucius. His consulibus  
Livius lib. II. & Halicarn. lib. VII.  
famem cœpisse volunt ex incultis supe-  
riore autumno per secessionem ple-  
bis agris. Quamobrem consules pro-  
viderunt dimissis passim ad frumentum  
coemendum, non in Etruriam modo,  
Volscos, & Cumas, sed quæsitum in Si-  
cilia quoque Cumis naves retentæ: in

Volscos, & Cumas, sed quæsitum in Sicilia quoque Cumis naves retentæ: in Volscis ne emi quidem potuit: legati in Siciliam missi vere insequent, quam Attico more Halicarn: æstatem vocat, rediere magna frumenti vi advecta, quam partim emerant, parvum à Gelone Syracusarum tyranno dono acceperant. Fames igitur continuat in annum insequentem. In hunc Marçij, si primus ædilis fuit, largitio incurrit.

IV. Idus Decembris Aediles Sicinius & Brutus. Icilius enim qui in Hali-carn. historia Bruto jungitur, eo, qui sequitur anno ædilitatem gessit, Sicinio tribuno pl. II Anno V.C.CCLXIL à regibus exactis XVIII. ad Kalen. Sept. Coss. Geganius, & Minucius, quibus Coss. ut primum ver mare apernuit, rediisse legatos in Siciliam missos credere par est, nisi si quam patri-cij fraudem commiserunt. Agitatum igitur in Senatu, quanti frumentum plebi daretur. Erant, qui partim do-nan-

nandum, partim vendendum putarent, idque plebs exspectabat. Sed Marcius Coriolanus tribunitiae potestatis hostis acerrimus qui contra sentiebant, objurgando negavit laxandam annam, cui Senatus frequens ambitione, atque avaritia corruptus assensus est. Quamobrem ei tribuni diem dixerunt. Plebs ira exarserat, neque erat obscurum suffragio ulturam dolorem suum. Patres igitur ut Marcium eriperent, sequae ac potentiam suam sartam tecta adversus crescentem in dies plebis impotentiam tuerentur, omni ope, atque opera enisi sunt. Inter cetera lenimenta factum est S.C. ut frumentum, & res omnes ad victum necessariae tanti essent, quanti minimi fuissent ante seditionem. Auctores Livius lib. II. Hali-earn. lib. VH. Plutarchus in Coriola-  
no. Frumentum gratis ut darent in tanto discrimine a patribus impe- trari non potuit; nec de ea re plebs laboravit. Quin pecuniam acce- ptam pro frumento Siculo Cassij roga-

rogatione sibi retribui recusavit. Qua de re Livius lib. II. in actis anni CCLXVI. hæc habet. *Cassius ut sibi reconciliaret civium animos, jubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero haud secus, quam præsentem mercedem regni aspernata plebs.* Hæc satis docent, quanta morum postea facta sit labes: cum riuus hic tantis auctus sit tribunitiis largitionibus, ut earum molem ærarium vix ferret; & dissipato Reip. patrimonio pretium etiam levissimum ad ineundā à plebe gratiam remitteretur. Hanc igitur primam reperio certam, & minime dubiam in Romana historia frumenti largitionem. De Marciana quid statuam, non habeo. Si primus Romæ ædilis Marcins fuit, anno ante superiore facta est; & quidem nō multo post initam ædilitatem. Cum enim circa brumam inisset, æstate fame laboratum est. Sed Marcium primum hoc honore esse perfunctum velim mihi certa aliqua, & bene firma ratione persuaderi.

Ut

*De frument. Roman. largit.* 33

Ut ut est, Plinii, quem recitavi, locus adeo emendatione non eget, ut si quis PRIMUS cum Lipsio legat, non PRIMUM, ut est in vulgatis codicibus, locum proculdubio corrumpat, quæcumq; tandem ejus sententia est. nam multæ esse possunt. Non constat, utrū pretii ratio habeatur, ut hoc dicat Plinius à Marcio frumentum in modios assibus primum donatum; an magistratus, ita ut ante eum nemo ædilis dederit; an repetiti honoris, ut quemadmodum Sicinius iterum tributatum, ita Marcius ædilitatem gesserit; an largitionis, ita ut prima hæc fuerit. Lipsius reliquas sententias dissimulat, probat postremam, atque ut sola videatur, emendat. Mihi prima iis, quæ proxime scripta erant à Plinio, ad quæ confiranda Marcii exemplo erat usus, magis consentanea & conveniens videtur. *Iis moribus non modo sufficiebant fruges, verum etiam annonæ vilitas incredibilis erat.* Fateor, qui sive pretium sive magistratum significari hic putet, nihil

interesse, utrum is PRIMUS an PRIMUM legat: sed fatendum illud quoque est, causam Lipsio, cur quidquam mutaret, non fuisse, ne si demus quidem eam esse, quam vult, loci hujus sententiam. Alioqui cum alij sexcenti, tum ille esset describendus è lib. XV. Cap. XXV. Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Is primum intexit è Ponto. Quid si Plinius primum dicere, quam primus maluit, ad ambiguatem vitandam, ne quis forte Marcium primum ædilem plebis putaret? Sic igitur statuo, esse emendandi genus vetustis auctoribus in primis perniciosum, quo tollitur verbū, cuius multæ esse notiones possunt, & supponit alterum, cuius vis pertinet ad pauciora. Quod si id eo consilio fiat, ut unum tantum significet, ferendum non esse, ne si constet quidem, id ipsum scriptorem dicere. Sed nimis diu hæsi in his duabus ligationibus. Tertius L. Minucio Augurino deberi videtur locus, quem tradit

Livi,

*De frumento. Roman. largit* 35

Livius lib. IV. fame urbem premente præfectum annonæ extra ordinem creatum, in eo magistratu frumentum assibus in modios estimatum plebi divisisse. Coemerat id frumentum Sp. Mælius privata pecunia ad largitiones faciendas, ut delinita hoc munere plebe, regnum, quod affectabat, facilius occuparet. Sed eo oppresso necdum maturis consilijs, una cum reliquis bonis fuerat publicatum. De eadem re Plinius lib. XIX. cap. III. *Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris pretium trinis nundinis ad assens redegit.* Quod ita accipio, ut L. Minucius frumentum Mælianum assibus in modios vñale proponendo, adeo pretium ejus imminuerit, ut brevitatem in foro prostaret. Nec quemquam commoveat, quod Plinius far dicit, Livius frumentum. Late enim patet frumenti nomen; triticum, milium, far, hordeum complectitur, uno verbo omnes fruges, quæ leguminosa non sunt; ut ex Theophrasto docet

Plinius lib. XVIII. Cap. VII. & potest ex Livii, & Halicarnassei locis inter se collatis intelligi. Quod enim scribit Livius lib. II. anno ab V.C.CCLXIII. ex Etruscis frumentum Tiberi venisse, id aperte prodit Dionysius lib. VII. fuisse milium & far: cum initio ejus libri missos tradat legatos in Etruriam σῖτον, δοσον ἀνθετο πλεῖστον ὄντος οὐπένου. ad frumenti vim, quantam maximam possent, comparandam: & alibi eorum munus appellat σιταριαν frumenti emptionem. Ex quibus perspici potest σῖτον nomine à Græcis, & frumenti à Latinis non triticum modo sive πόπον, sed multas præterea fruges, & inter eas far significari. Id in tanto erat usu apud Etruscos, ut magnam ejus vim suppeditare vicinis possent. & Plinio teste lib. XVIII. Cap. VII. farre tantum ē frumento, id est ex omnibus frumenti generibus tricentis annis usos Romanos Verrius tradidit. Neque tamen fuisse hoc Mælianum proprio far certo affirmarim: quippe qui sciam veteres scri-

pto.

ptores non raro triticum significare  
hoc nomine; poetas præsertim, quoru  
sunt illa de servorum dimenso.

Quorum animas & farre suo custodit,  
& ære.

& de libertis frumento donatis

----- ut quisque Velina

Publius emeruit, scabrosum tessera  
far

Possidet

Quæ cum scripta sunt, frumentum  
proculdubio est distributum. Præterea  
incurrit Augurini largitio in annum  
V. C. CCCXIV. cum P. R. cœperat  
jam uti aliis frugibus. Veruntamen  
usos Romanos diutius fari e constat ex  
ea largitione, quæ facta est M. Manlio,  
cum Gallos Capitolium occupantes  
dejecit. Livius in actis anni CCCLXV.  
universi selibras farris, & quartarios  
vini ad aedes ejus, quæ in arce erant, con-  
tulerunt. Auctor quoque de viris illu-  
stribus farre donatum prodit. Plutar-  
chus in Camillo quid sibi voluerit, ne-  
scio, cum illa scriberet, si tam en ira  
scri-

scripsit: collata Malio a singulis *cōtros*  
*pēn̄ huius lpcy ēp̄ix̄c̄is̄.* δύλω γαρ κα-  
λοῦται αὐτόν. *cōtros dē καλύπης ἐλλωνίς*  
*τετραγών.* frumenti selibram vernaculi  
(sic enim vocant) & vini cotylæ Græ-  
canicæ quartarium. Si enim ita scripsit,  
notandum est, frumenti vernaculi no-  
mine significari solitum far. Sin verba  
illa mendosa sunt, videndum, ubi lateat  
vitium. Ego rem malo in medio relin-  
quere, quam temere quoquam pro-  
gredi. Uflos autem Romanos, ut dice-  
re cœperam, farre una cum alijs frugi-  
bus post annum ab V. C. trecentes-  
imum docet iterum Livius lib. VII. in  
actis anni CCCXII. Nam militibus,  
qui cum Decio in expeditione fue-  
rant, legiones libras farris, & sextarios  
vini contulerunt. Sequitur apud Plini-  
um Trebij largitio, qui, ut superiores  
populo frumentum assibus in modios  
præsttit. Quanquam autem hujus lar-  
gitionis obscura sunt tempora, cum  
eam Livius prætereat, ut Marcianam,  
& scripta Dionysij non tulerint æta-  
tem,

tem, ordo tamen, quo commemoratur  
a Plinio, & pretij levitas faciūt, ut cre-  
dam, hanc ante eas factam fuisse, de  
quibus mox dicam. Nam reliqui ædi-  
les multo pluris in maxima annonæ  
vilitate frumentum populo admensī  
sunt cum summa gratia. Testis Liuius  
lib. XXX. anno V.C. DL. *Magnam vim*  
*frumenti ex Hispania missam M. Vale-*  
*rius Falto, & M. Fabius Buteo ædiles*  
*curules quaternis æris vicarim populo*  
*descripserunt.* Cum tamen anno supe-  
riore, quo Mater Deum advecta Ro-  
mam fuerat, Plinio teste, Italiatantam  
frugum copiam tulisset, ut major ea  
æstate, quam antecedentibus annis de-  
cē fieret vilitas aponæ. Biénio post, eo-  
dē Livio auctore lib. XXXI. L. Valeri-  
us Flaccus, & L. Flamininus frumenti  
vīm ingentem, quod ex Africa P. Scipio  
(ita malo legere, quā cum Lipsio, Pro-  
consul) miserat, quaternis æris populo  
cum summa fide, & gratia diviserunt.  
Anno tamen insequenti V. C. ICLIII.  
& rursus ICLVII. dimidio minoris,

id est binis æris frumentum populo di-  
visum est. Livius lib. XXXI. extremo.  
Frumenti vim magnam ex Africa adue-  
dam ædiles curules M. Claudius Mar-  
cellus, & Sex. Aurelius Paetus binis  
æris in modios populo divisorunt. & lib.  
XXXII. Ediles curules M. Fulvius  
Nobilior, & L. Flaminius tritici decies  
centum millia binis æris populo divisor-  
unt. Id C. Flaminii honoris cauſſa, ip-  
ſius pairisq[ue] ad vexerant Siculi Romam.  
Flaminius ejus gratiam communicave-  
rat cum collega. Aut aliquam superio-  
rem, aut aliam ejusmodi largitionem  
significat, ut opinor, Plutarchus in  
Catone Majore illis verbis, Μέλλει  
ποτὲ τὰν Ρωμαῖον δῆμον δρυμένας ἀ-  
καίρως ἐπὶ σιτομετρίας, καὶ διανομὰς ἀπο-  
τρέπειν. Ηὔχατο τὰν λεγανούσιτως. χάλεπὸν  
μέν εἴσιν ὡς πολιται τῷρος γαστέρα λέγειν  
ῶτα σὺν ἔχουσας. Populum Romanum  
importune ad frumentarias largitiones  
ruentem ut averteret, ita exorsus est.  
Difficile est, Quirites, ad ventrem au-  
tium experiem verba facere. Quanquam  
idem

idem Plutarchus ad aliud tempus atq;  
occasione hoc ipsum Catonis dictum  
accommodare videtur in Apophtheg-  
matibus. κατωγό πρεσβύτερος ἐν τῷ  
δῆμῳ τῆς Ασσωτίας καὶ πολυτελίας καθα-  
τόμενος οὐτεν. ὡς Χαλεπόν ἐσιν λέγει  
πρὸς γαστέρα τὰ μὴ ἔχοντα. Cato major  
ad populum agens cum luxuriam & pro-  
fusos sumptus perstringeret, dixit. Quam  
difficile est verba facere ad ventrem, qui  
auribus caret. Fieri sane potest, ut hoc  
dictum semel & iterum usurparit Ca-  
to; sed veri etiam simile est, eandem  
orationem utrobique à Plutarcho es-  
se significatam. Nam luxus temperan-  
tia, immanis sumptus parcimonia ni-  
si fuissent potiores, nihil erat, cur vel-  
lent frumentum sibi publice suppedit-  
ari. Fortasse igitur illud orationis ex-  
ordium fuit, hoc argumentum. At-  
que hæ sunt largitiones, quas invenio  
factas, antequam ullæ de eis ferrentur  
leges. Post eas latae observavi M. Se-  
jum ædilem curulem ad ineundam à  
populo gratiam revocasse longo inter-  
vallo

vallo veterem annonæ vilitatem de suo. Cicero in II. de officiis. Ne M. quidem Sejanio datum est, quod in caritate annonæ a se modum populo dedit. Hic ille est M. Sejus L. F. qui olei queque denas libras, rem hoc ævo prope incredibilem, singulis assibus præstirit P. R. per totum annum, ut est apud Pliniū lib. XV. Cap. I. Incurrunt Sejanæ largitiones in annum V. C. I<sup>o</sup>CLXXIX. qui Plinio est I<sup>o</sup>CXXC. Neque vero Senatus modo aut Magistratus frumentum donarunt, verum etiam privati, præsertim testamento, ut suscipi licet ex Horatio lib. II. Satyra III.

*Hæredes. Staber I summam incide re sepulcro.*

*Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum.*

*Damnari populo paria, atque epulum arbitrio Arrī;*

*Frumenti, quantum metit Africa.*

Sed ut ad publicas largitiones redeam, non dubito, quin multæ fuerint omisæ à Livio & Plinio, quarum memo-

ria

ria si extaret, haud paullo essent hæ, quas recensuimus, clariores atque illustriores. Ex his tamen intelligere licet, curationem annonæ, ejusque populo distribuendæ munus ab Aedili- bus plebis ad curules, esse translatum: pretium auctum, & imminutum pro frumenti copia; hoc distributum eo saeculo viciatim, ut oleum aliquando Livio teste lib. XXV. Frumentarias provincias fuisse per ea tempora His- spaniam, Africam, Siciliam. Postre- mus autem Livij locus e libro XXXIII. excitat nos ad quærendum, quamobrem cum Falto & Buteo, Flac- cus & Flamininus, Marcellus & Pæ- tus, Nobilior & Flaminius parē glori- am & famam tulerint ex divisione frumenti, celebrentur Marcius & Tre- bias, collegæ autem utriusque nulla relata a scriptoribus gratia, nec no- men posteritati sit propagatum. An Marcij unius, vel Trebij cura fuit im- portatum frumentum, neque commu- nicata ejus gratia cum collega? an hi largi-

largiti sunt collegis aut inconsul-  
tis, aut repugnantibus? An solis aut  
S. C. aut sortito obtigit munus divi-  
dendi? An ipsi id sunt assequuti, quod  
tanto post Cæsar, cum esset ædilis, Bi-  
bulo collega, Dione lib. XXXVII. &  
Sueton. Cap. X. auctoribus, ut *commu-*  
*nium impensarum solus gratiam caperet,*  
*nec dissimularet collega ejus M. Bibulus e-*  
*venisse sibi, quod Polluci.* Ut enim geminis  
fratribus ædes in foro constituta, tantum  
Castoris vocaretur: ita suam Cæsarissq.  
munificentiam unius Cæsaris dici. Ni-  
hil habeo, quod affirmem. Vera enim  
causa, nisi res tota à scriptoribus ma-  
nat, quæcunque demum est, in ob-  
scuro est.

*Leyes de frumentaria largitione.*

*Caput II.*

**D**e arbitrariis largitionibus haæte-  
nus; jam de iis dicam, quæ sanc-  
tæ sunt legibus ad perpetuitatem.  
Quamquam his quoque modo fixis,  
modo refixis, largitiones una usque  
eo fluctuarunt, dum venit Resp. in  
unius

unius potestatem, qui gratuita annona  
bene emi imperium putaret. Hæ leges  
uno à plerisque omnibus nomine di-  
ci solent frumentariæ, à Cœllo e-  
pist. VI. libri VIII. inter Cicero-  
nianas ad familiares, alimentariæ  
appellantur; ab Asconio in Piso-  
nianam annonianæ, sive, ut pla-  
cet viris eruditissimis, annonariæ.  
Græci σιτικοὺς νόμους, & frumen-  
tationem σιτηρέσις appellant. Sed  
& alterum habent, ut reliquæ o-  
mnes, à latoribus nomen; qui pluri-  
mum fuere Tribuni plebis, aliquando  
Coss. semel autem longo intervallo  
factum est de ea re S. C. Primus de sta-  
ta perpetuaque frumentatione legem  
tulit C. Sempronius Gracchus anno  
V. C. DCXXX. in prime tribunatu.  
Plutarchus in Gracchis. τῶν νόμων,  
οὓς εἰσέφερε Πῶ δῆμῳ χαριζόμενος, ἦν σιτι-  
κὸς, ἐπωειλὼν τοῖς τάγμασι τὴν ἀγορὰν,  
Quas in populi gratiam leges promulga-  
bat, earum una fuit frumentaria, qua  
pauperibus frumenti pretium minueba-  
tur.

tur. Quibus verbis & pretium aliquod publico frumento dictum significat, & lege prospectum turbæ solum pauperiorum, cuius gratiam lator aucupabatur. Alter locus una illa re minus similis loci superioris, quod pretium exponit, est in Epitome LX. C. Gracchus trib. pl. pernicioſas aliquas leges tulit inter quas frumentariam, ut semisse & triente frumentum plebi daretur. Semisse & triente dicit, quod alij semissibus ac trientibus (tot enim modis veteres loquutos volunt) quod animadvertisendum est diligenter, ne quem forte inducant, qui semis æris ac trientibus frumentum datum in modios affirmant: aut qui pretium fuisse tradunt senos æris trientes, id est binos asses, corrupta sequuti Pædiani exemplaria in Pisonianam: aut qui frumentum distributum putant plebi urbanæ modo semissibus, modo tressibus, dupli errorre. Nam & ex uno duofaciunt pretia, & ex trientibus tresfes, id est ex tertia assis parte tres asses;

ses; cum revera frumentum ne assē  
quidem vānierit, sed semissē ac tri-  
ente, idest dextante, seu mavis aperti-  
us, decem e duodecim assis partibus.  
Quid autem cauſſæ esse dicemus, cur  
veteres auctores semissis ac trientis  
nomina usurpare, quam dextantis ma-  
luerint, cum tamen idem una hac voce  
significetur, quod illis duabus? An hæc  
verba sunt ipsius legis? Sed tamen  
quid Graccho venit in mentem illa  
malle? Dicerem hæc repetita a ve-  
terum consuetudine, qui cum ære  
gravi uterentur, & XII. assis, vel,  
quod idem erat, libræ partes habe-  
rent, sex autem pondera; unciam,  
sextantem, quadrantem, trientem,  
semissem, ac libram, cum decem e-  
rant unciae expendendæ, semissem  
ac trientem coniiciebant in lan-  
cem, ut citius negotium confi-  
cerent. Hoc inquam dicerem,  
si lquæ assis partes certum pon-  
dus non habebant ac suum,  
eas reperirem eadem ratione a-

vete-

veteribus expressas. Quando autem non reperio, suspicor Gracchum respuisse partes assis minutiores, & lege frumenti pretium in modios non certam modo pecuniae summam fuisse, verum etiam certum numi genus, semisses nimirum ac trientes, cum dextantes non cuderentur. De hac autem re legе cautum, vel ad levandum quæstorē molestia, vel ne permutanda pecunia tereretur tempus, vel alia de causa, quæ atque mihi est ignota, atque ex, quas attuli, dubiæ & incertæ. De hoc igitur amplius quærendum. Illud est exploratum & constat inter omnes frumentum hac lege gratis datum non fuisse. Unus à reliquis dissentire Lipsio videtur Appianus, cū scribit Gracchū  
ει ιπέτιον ἐμμένεις δρίσαι ἐνάσφε τῶν δημότῶν ἀπὸ τῶν κοινῶν χρημάτων Frumentum menstruum publica pecunia coemptum viritim populo constituisse. Mihi tamen venit in mentem suspicari, Appianum levissimi illius pretii eam habuisse rationem, quam habuit Plini-

us,

us, cum proderet M, Marcium populo frumentum in modios assibus donasse; & Florus, cum Lib. III. Cap. XIII. in opem populum vixisse ait ex ærario suo. Tanta enim largitio fuit, ut frumentum donatum potius dici mereatur, quam venditum: & universa hæc jactura pertinebat ad ærarium, quod aut fraudabatur pecunia, quæ redigi potuisset ex frumento vendito, aut exinaniebatur tanta summa deprompta, quanta opus esset ad illud coemendum. Hinc illa apud Ciceronem in Sextiana. *Frumentariam legem C. Gracchus ferebat, repugnabant boni, quod & ab industria plebem ad desidiam avocari putabant, & ærarium exhaustiri videbatur.* Et in II. de Officiis. *C. Gracchi frumentaria magna largitio fuit; exhaustiebat igitur ærarium.* Et Tuscul. III. effudisse maximis largitionibus ærarium dicitur. Quid est autem ærarium, nisi ipsa *νοτία χρήματα Appiani?* Extat apud Priscianum lib. VIII. Orationis C. Gracchi frag-

C men-

mentum, quo grammaticus ille ostendit, delargiri à veteribus patiendi significatione esse prolatum. Gracchi verba hæc sunt; *Aerarium delargitur P. R. quæ verba si ex ea, qua rogationem hanc suasit, oratione fuerunt, fortasse ad ita scribendum non modo Appiano, sed Ciceroni etiam, & Floro Gracchus ipse ansam dedit. Nec debuit Lipsio mirum id videri, cui mirum non accidit, scripsisse eundem historicum frumentum datum ἐκάστῳ τῷ δημολόν plebejo cuique, & Senecam lib. IV. de beneficiis cap. XXVII. Frumentum accepisse omnes, quicunque cives essent; cum tamen non omnes, Lipsio judice acciperent. Ut igitur in multitudine Senecam, & alios; sic in publico sumptu eos, quos dixi, Appianus habuit auctores. Ut accepisse omnes dicuntur, quia plurimi acceperunt: ita largitio facta ἀπὸ τῶν χοινῶν χρημάτων publico sumptu, quia tota fere impensa fuit publica. Semproniam legem anno V.C.*

DCXXXII.

DCXXXII. triennio post quam lata 4  
erat, Graccho interfecto, omnino au-  
tem multo ante conuulsam à Sylla  
tribunitiam potestatem , abrogatam  
fuisse certum est. Tres enim de eadem  
re promulgatae sunt leges ante Sylla-  
nam dominationem , una etiam per-  
lata. Primæ auctor ignoratur : sed  
promulgatam C. Mario trib. pleb. ac-  
cepimus. Is tribunatum iniit anno  
V. C. DCXXXIII. continuavit in an-  
num DCXXXIV. auctor Plut. in ejus  
vita. Νόμου γάρ εἰσφερομένου περὶ σι-  
του διανομῆς τοῖς πολίταις, ἐναντιωθεῖς  
ἐπ' ρεμενέσατο, καὶ κρατήσας &c. Ro-  
gazione promulgata de frumento civi-  
bus dividendo cum vehementissime  
intercessisset , pervicissetq; ne ferretur.  
Hoc , ut alia non Pauca digna co-  
gnitu , in Livianis Epitomis præ-  
termissum est. Scriptum autem fu-  
isse puto lib. LXII. Altera lex  
fuit Appuleja , quam ferre conatus  
est L. Appulejus Saturninus anno  
V. C. DCLIII. aut circiter , quæ

quo minus ferretur, impedimento fuit  
Cæpio quæstor urbanus, qui Senatum  
antea docuerat ærarium pati non pos-  
se tantam largitionem, ut est apud au-  
ctorem Rhet: ad Heren. lib. I. cui si  
hoc tantum nomine fides abrogatur,  
quod hoc solus prodiderit memoriæ,  
lex sancitur in veteres scriptores ini-  
qua, & parum grati, ut libere dicam,  
adversus eos sumus. Sane & constat  
scriptorem illum haurire solitum ex  
empla ex historiis, & illi non leviter  
suffragatur Florus, qui lib. III. cap.  
XVI. testatum reliquit, Saturninum  
Gracchanas leges asseruisse: & ite-  
rum, rogandis Gracchorum legibus  
vehementer incubuisse. Ut appareat  
non modo Sempronias leges jam tum  
fuisse abrogatas, verum etiam ceteras  
una cum frumentaria Saturninum re-  
ferre conatum. Sed incubuit, opinor,  
præcipue in frumentariam, ut ignomi-  
niā deleret, qua fuerat affectus à Se-  
natū, cum in annonæ caritate quæstor  
Ostiensis à sua frumentaria procura-  
tione

tione amotus est, eiique rei M. Scaurus  
præfetus, ut Cicero tradit in oratio-  
nibus pro Sextio, & de haruspicum  
responsis, in quibus affirmat, hujus i-  
gnominiae dolore Saturninum factum  
esse popularem. Tertia lex frumen-  
taria ante Syllana tempora fuit Livia,  
cujus auctor M. Livius Drusus tribu-  
natu suscepto pro auctoritate Senatus,  
ut plebem adduceret in partes Opti-  
matum, anno V.C. DCLXII. Sem-  
proniam largitionem revocavit. Sed  
per vim lata, jussaque lex, Druso eo-  
dem anno domi interfecto, abrogata  
est à Philippo, quem consulem legi re-  
pugnantem tribunitius viator fauci-  
bus apprehensum non ante dimiserat,  
quam sanguis in ora, atq; oculos re-  
dundaret. Florus Epit. LXXI. ubi di-  
serte latam legem tradit, & lib. III.  
cap. XVII. Asconius in Cornelianam.  
A Drusi morte sociale bellum  
statim exarsit, id excepit civile, imo  
multa civilia, quæ tam exercitum ha-  
buere P.R. ut ne injecta quidem à tri-

bunis fuerit mentio ullius largitionis. Ut autem rebus compositis injici non posset, fecit Sylla, qui cum invasisset Remp. tribunitiae potestatis, adempto inter cetera omni jure legum feren-  
darum, nervos elicit. Eo consilio tur-  
barum ac seditionum extinctæ sunt  
faces, quæ tamen eo mortuo statim re-  
vixerunt, cum plebs nisi coepit, ut tri-  
bunitia potestas in integrum restitu-  
retur. Res fuit per multos annos ma-  
gnis contentionibus frustra ja&tata  
consulibus strenue tuentibus S.C. quo  
acta Syllæ confirmabantur, contra  
plebe summa vi pugnante, ne spoliata  
præsidio tribunitio potentum libidini  
esset exposita. Legatur de his turbis  
Marcii sive Macri sive M. Lepidi  
trib. pl. concio apud Salustum in li-  
bri IIII. historiarum fragmentis. O-  
biit Sylla anno V. C. DCLXXV. Est  
q[ui]b[us] q[ui]b[us] itum omnibus plebis conati-  
bus usque ad annum DCLXXX.  
quo anno tanto impetu coorta est  
plebs in patres, ut sustineri amplius  
non

non posset. Quare Coss. ejus anni C.  
Cassius, & M. Terentius Lucullus, ut  
plebem delinirent, & ad rem integrum  
in adventum Pompeji rejiciendam, si  
qua possent, adducerent (is tum in His-  
pania bellū gerebat cū Sertorio) Fru-  
mentariā legē tulere, quo blandimento  
delinita plebs quietē egit usq; ad annū  
IDCLXXXIII I. cum Cn: Pompejus &  
M. Crassus Coss. tribunitiam potesta-  
tem in integrum restituerunt. Legem  
hanc à latoribus veteres Terentiam &  
Cassiam vocant, Cicero altero conten-  
tus nomine Terentiam dixit lib. III.  
in Verrem. De hac insignis in ea, quam  
dixi Marci concione apud Salustium  
est locus. *Nisi forte, inquit, repentina ista  
frumentaria lege munia vestra pen-  
santer, qua tamen quinis modiis li-  
bertatem omnium aestimavere, qui  
profecto non amplius prosunt alimen-  
tis carceris.* Namque, ut illis, ex-  
iguitate mors prohibetur, senescunt  
vires: sic neque absolvit cura fami-  
lari tam parva res potest, & i-

gnarus quisque tenuissima spe frustratur. Esse autem legem , qua de hic agit Marcius , non Rosciam , ut aliis placuisse video , sed Terentiam & Cassiam appetet non solum ex eo , quod nullius extra hanc legis frumentariæ eo anno latæ mentione fit à veteribus scriptoribus , sed etiam quod Marcius , quo anno perlata lex Terentia est , eo ipso anno tribunatum plebis gescit. Porro eam legem frumentariam fuisse , intelligimus ex Cicerone lib. in Verrem II. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex S. C. & ex lege Terentia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt. Unum certarum decumarum ; alterum , quod præterea civitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumanis tantum , quantum ex primis decumis fuisse ; hujus imperati , tritici modium ICCC. M. Quæ ita accipio , ut S. C. indictæ sint alteræ decumæ , lege vero Terentia & Cassia præterea imperata octingenta modium millia , & æqualiter distributa

civi-

civitatibus, ut par omnium esset onus,  
& frumenti copia ad largiendum sup-  
peteret. Quamobrem viris doctis af-  
firmantibus legem hanc fuisse de fru-  
mento ex sola Sicilia exportando, at-  
que ob eam caussam privilegium ap-  
pellantibus, tantum abest, ut assentiar,  
ut mihi etiam persuadeam, unum mo-  
do caput id fuisse hujus legis, qua ipsa  
cautum esset, qui frumenti numerus in  
aliis provinciis, & quanti esset emen-  
dus. Sane enim emptum oportuit;  
cum sicolum tribus circiter mensibus  
fuerit absumptum, ut ostendam cap. X.  
Nisi forte pars decumani distributa  
est, qua de re nihil habeo dicere. Ne  
dubitetur igitur cum Lipsio quisquam, 5  
quin haec lex sit per lata; id quærat  
potius quod est adhuc obscurum, an  
fuerit temporaria, ut mihi videri so-  
let. Si enim ad rem in Cn: Pompeji  
adventum differendam, atque extra-  
hendam comparatum est hoc remedi-  
um, eo jam reverso, restitutisque in in-  
tegrum tribunis fuit supervacaneum;

C 5 atque

atque ideo fortasse non adhibitum.  
Sed & cum plebi & patribus male  
conveniret, veri admodum simile  
est, quod illa extorserat, hos cum  
primum licuit, largiendi finem se-  
cisse. Legem Terentiam post ali-  
quot annos sequutum est S. C. fa-  
ctum in Catonis sententiam; de  
quo antequam scribere aggredior,  
dabunt mihi veniam, qui amant  
Græcas litteras, ut Salustii locum,  
quem supra attuli in medium, conse-  
ram cum loco Demosthenis ex O-  
lynthiaca. III. unde proculdubio  
haustus est. Ibi enim summus orator  
*Δεωπικὴ χρηματά.* id est eas pecunias,  
quaæ domi ex ærario, civibus eroga-  
bantur, verbo, ut ab iis, qui spectaturi  
venirent in theatrum, exigerentur  
(neque enim erant loca gratuita)  
reipla autem, ut iis quisque uteretur  
arbitratu suo: eas igitur pecunias ci-  
bis iis ait esse persimiles, qui ægris à  
medico ministrari solent. Ut enim hi  
nec robur adduunt inyaldo corpori,

nec emori sinant: sic illas pecunias nec sufficere ad vitam tolerandā, & segnietie atq; inertiæ segetē esse. ισως ἀντῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, δι τοῖς ἀδεροῦσι τυρπά τῶν πατέρων σι ήτοι διδομένοις ἐστίν. Καὶ γαρ εἴ τε ἴσχυν ἔκεινα ἐν θησαυροῖς, οὐτε ἀποδιηγεῖται ταῦτα, ἀνέμεστον ὅμεις, οὐτε τοταῦτα τινί, ὡς εἰδέλειαν ἔχειν τινὰ διαφορήν, οὐτε ἀπογνώσθεντα λαροτι πρότειν εἴτε εἰτι ταῦτα τὴν ἕκαστον παθούλαν διηγεῖν. Fortasse hujusmodi lucra misera fecissetis, quae cibos referunt a medico ægris prescriptos. Neq; enim illi validos reddunt, neq; mortem obire sinunt. Hæc item, quæ nunc vobis distribuuntur, neq; tanta sunt, satis ut profint, neque aliud agere hac spe abjecta sinunt. Quin unusquisque vestrum ignoriam auctum eunt. Ceterum Salustius in loco transferendo ne hæreret omnino in Demosthenis vestigiis, ut in Lepidi consulis oratione in Syllam, quæ est inter fragmenta libri primi servi. Iia alimenta hæc appellataat, ita hæc

uti maluit similitudine alimentorum carceris, quæ non minus essent exigua ac tenuia, quam ea, quæ medici, ut dicebat Demosthenes, ægris præscriberent. Talem cibum Afinio Gallo Tiberij jussu in publica custodia retento, nulla habita dignitatis ejus ratione, ministratum fuisse Dio tradit lib.  
LIX. erat enim ejus τροφὴ τοιχότη  
καὶ τοσαύτη, ὡς μῆτε τινὰ ἱδοντες καὶ  
ψήμην ἀυτῷ παρασχεῖν, μῆτε ἀπο-  
θνήκεντι ἀυτὸν εἶται. cibus talis ac tan-  
tus, ut voluptatem aut robur afferret  
nullum, meri autem prohiberet. Qui-  
bus verbis cum Græci oratoris, tum  
Latini historici ita est expressa senten-  
tia, ut de industria id factum videri  
possit, aut saltem casus industriam imi-  
tatus. Ut ut est, mirum in modum his  
confirmatur eorum sententia, qui lo-  
cum hunc Salustianum ita legendum  
putant, ut eum nos describendum cu-  
ravimus. In quo sequuti etiam sumus  
aliqua ex parte impressorum ante hos  
CXXX. plus minus annos codicum  
fidem,

fidem, in quibus ita est. *Nisi fortē re-*  
*pentina ista frumentaria lege munia ve-*  
*stra pensantur, qua tamen quinus modis*  
*libertatem omnium cestimare, qui pro-*  
*fecto non amplius possunt alimentis care-*  
*re. Namq; ut illis exiguitate mors pro-*  
*hibetur, senescunt vires: sic neq; absol-*  
*vicura familiaritam parvares, & i-*  
*gnavi quisq; tenuissimas perfrustratur.*  
*Quæ in his bene habent, in recentius*  
*impressis codicibus depravata reperi-*  
*as ad hunc modum. Cum tamen qui*  
*bis modis libertatem omnium cestimare-*  
*re. Ex reliquis, ut sunt à me interpun-*  
*& restituta, hæc eruitur neque ab-*  
*surda, neque obscura sententia. Ut*  
*eorum, quæ in publica custodia reten-*  
*tis ministrari solent, alimentorum exi-*  
*guitate, ita hac quinque non amplius*  
*modiorum largitione nihil aliud*  
*quam mors prohibetur; cum tam*  
*parvus frumenti modus neminem li-*  
*beret cura rei familiaris: nihil aliud*  
*quam senescunt vires, cum ignarus*  
*quisque (ita lego. puto enim inflexam*  
virgu-

virgulam , qua us significatur , li-  
brario litteram visam esse) tenuis-  
sima spe frustretur. Neque hæc so-  
lum translata sunt à Demosthene in  
eam concionem , sed alia non pau-  
ca; præcipue autem quæ superiorib.  
verbis statim subjiciuntur. Quæ ta-  
men quamvis ampla , quoniam servi-  
tii pretium ostentaretur , cuius torpedi-  
nis erat decipi , & vestrarum rerum  
ultra injuria gratiam debere ? Item  
illa de paucorum dominatione sub  
concionis initium. Qui per militare  
nomen ærarium , exercitus , regna ,  
provincias occupavere , & arcem ha-  
bent ex spoliis vestrīs : cum interim  
more pecudum vos multitudo singulis  
habendos fruendosque præbetis , exuti  
omnibus , quæ majores reliquere. Quæ  
partim expressa sunt , partim adum-  
brata ex uno ejusdem orationis loco  
κόριοι μίν τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτεύο-  
μενοι , καὶ διάτοπαν ἀπαντα πράττεται.  
δινῆς δὲ ὁ δῆμος ἐνενερπετεῖ , καὶ τε-  
μένης γε καταστα , συμμάχους ἡ  
ὑπη-

ὑπηρέτοις καὶ προδόκτοις μέρει τὴν γένεσίν τοις  
καὶ τὸ πάντων ἀναγνώτατον τῶν  
ὑμετέρων. οὐτῷ γάρ τοι προσφείλετε.  
Bona omnia in eorum, qui rempub-  
licam administrant, sunt manu, &  
per hos omnia geruntur. Vos autem  
populus enervati & spoliati pecuniis,  
sociis, in famuli & accessionis loco  
estis, quodq; omnem ignoriam supe-  
rat, eorum ipsorum, quae vestra sunt,  
gratiam insuper debetis. Quæ postre-  
ma verba adduxerunt me aliquando  
ad suspicandum, legi posse apud Sa-  
lustum vestrarum rerum ultra injuri-  
am gratiam debere, ut expressa sit  
vis verbi προσφείλειν, id est non so-  
lum injuria non commoveri, sed  
gratiam præterea debere. Verum-  
tamen nihil muto. Jam ad S. C. re-  
deamus factum in Catonis sententiam  
anno V. C. DCXCI. Cum enim me-  
tiuerent Patres C. Cæsarem, quem in  
præitura studere videbant rebus novis,  
& plebem sollicitare, iverunt frequē-  
tes in Catonis sententiam suadentiis,

ut

ut quando superioribus annis Resp.  
magnum ex frumentaria largitione  
ceperat fructum, collatis repente hoc  
remedio in tranquillum omnibus tur-  
bis, ea denuo Cæsar is conatibus obvi-  
am irent, occupatosque animos pau-  
periorum hoc munere sibi concilia-  
rent. Quo facto Cæsar is spes in ventos  
abiere, nec moliri quidquam ausus est.  
Plutarchus id prodit in Catone his  
verbis. δικάγων ἔσται τὴν βουλὴν ἐνα-  
λαβεῖν τὸν ἀπόρον καὶ ἀνέμυτον δχλού εἰς  
τὸ στιγμέσιν. ἀνχλώματος μὲν ὅντος ἐν-  
αυτοῦ χιλίων καὶ διακοτίων, καὶ πεντή-  
κοντα ταλάντων. περιφανῶς δὲ τῇ φι-  
λανθρωπίᾳ ταύτῃ καὶ χάριτι τῆς ἀπει-  
λῆς ἐκείνης διαλογίσεσθαι &c. Cato persua-  
dit Senatui, ut pauperum turbæ largitio-  
nis experti. (Nam Lipsium non audio  
ἀνέμυτον infinitum vertentem) denuo  
frumentum daret. Annuus sumptus e-  
rat ille quidem talentum. MDL. Sed  
hac humanitate & beneficio minis illis  
aperte discussis &c. Idem in Cæsar is  
vita. Καὶ λογικούς φοβηθεῖσι μάλα τούτοις τῶν

ἐπει-

οὐασόρων νεωτερισμὸν, οἱ τοῦ παιδὸς ὑπέκ-  
 καυμα, τῶνδους δέσαν ἐν τῷ Καισαριτᾷ.  
 ἐλπίδας ἔχοντες, ἐπεισε τὸν σύγχρονον  
 ἀνωνεῖμαι εἰηρέτιον ἀλλοις ἐμμηνον. ἐξοῦ  
 δαπάνης μὲν ἐπιτακόσιαι τεττάκοντα μο-  
 γιάδες τρόφοσεγίνοντα τοῖς ἄλλοις ἀναλο-  
 μάσιν, τὸν μὲνοι μέγαν ἐν τῷ ταρόντῳ  
 φόβον ἐσθεσεν περιφερῶς πὸ τολμευμέ-  
 νούτῳ, καὶ πὸ τατεισον ἀτέρρικτον τὴς κα-  
 ταρος δύναμεως. Cato metuens majorem  
 in modum, ne tenuis ac jejuna plebecula,  
 quæ collocata in Cæsare spe, reliquæ  
 multitudini subdebat faces, quid molire-  
 tur novi; persuasit Senatui, ut menstru-  
 um illi frumentum distribueret. Quæ ac-  
 cessio fuit septingentarum quinquaginta  
 myriadum (sive sestertium trecenties) ad  
 reliquos sumptus. Eo consilio magnus,  
 qui tum omnes invaserat, metus aperte  
 sublatus est, plurimumqz de Cæsaris po-  
 tentia detractum. In his duobus locis  
 tria sunt maxime digna, quæ animad-  
 vertantur. Primum pecuniæ vis effu-  
 sa quotannis in has largitiones, quæ  
 sunt DCCL. aureorum Millia. Sin-  
 gulæ

gulæ enim Græcorum myriades mille  
 aureis nostris scutatis respondent. De-  
 inde Catonem fuisse auctorem Seina-  
 tui τοῦ ἀναλαβεῖν Ιὸν ὁπορεύεται εἰς τὸν  
 μῆλον ὄχλον εἰς τὸν εὐημέριον. Non enim  
 hoc dicit, fuisse per ea tempora ὄχλον  
 (ut ita dicam) μῆλον id est multitu-  
 dinem, quæ frumentum de publico acci-  
 peret: suauem autem Catonis turbæ eti-  
 am egenorum, qui erant ἀνέμυλοι, &  
 largitionis hujus expertes datum. Po-  
 test enim hæc quoque sententia expro-  
 mi ex illis verbis. Sed negat fuisse  
 tunc ullam in Republica frumentari-  
 am largitionem. Id vult intelligi ex  
 eo, quod sumptum in eam factum  
 non iis impensis accessisse dicit, quæ  
 ante fierent in frumentum, quibus-  
 cum si nulla fuisset largitio, conferen-  
 dus erat; sed τοῦς αἴδοις ἀναλώσασιν,  
 id est reliquis sumptibus, qui necessa-  
 rio fiebant in Republica. Sed & ia-  
 verbo ἀναλαβεῖν intermissæ ac repe-  
 titæ rei significatio est. Postremo  
 notandum utrobiisque verbum ἐπεισε,  
 quod

quod Græcis interdum *suadere*, sæpius tamen *persuadere* significat: notanda verba, quibus clauditur uterque locus, quod iis quasi testibus omni exceptione majoribus probetur, non modo a Etum esse in Senatu de frumento distribuendo, verum etiam re ipsa fuisse distributum. Quod si quis est, cui hoc videatur obscurum, quamquam re apse clarissimum est; nullas profecto in his Plutarchi verbis, quæ in civilibus monitis leguntur, tenebras offendit.

Κατὰ τὸν δῆμον ὑπὸ καταστος ὅρεν ἐν τῷ περὶ Κατιλίναν διατερροῦμενον, καὶ πρὸς μεταβολὴν τῆς πολιτείας ἐπιστρέψας ἔχοντα, συνέπειος τὴν βουλὴν Ψυστράδαν τεμνήσας τοῖς πέντετι, καὶ πῦρ δεσμὸν ἐποιητὸν δέρυθρον, καὶ κατέπιεν τὴν ἴστρων αὐτοῖς id est, Cato Catilinariæ conjurationis temporibus cum videret esse periculum, ne plebs à Cæsare solicitata ad mutandā Reip. formam pro laboretur, persuasit Patribus, ut S. C. fieret de frumento tenuioribus distribuendo. Idque distributum omnem sedavit tumulum, & seditionem repressit. Illud minus liquet, quod est vel præcipuum, fueritne hæc lex diurna, & rata usque ad Clodiām.

Non

Non fuisse diuturnam, sed annuam  
fuspicari quis posset, eo quod prætore  
Cæsare imminebat Reip. periculum;  
ne se plebi rerum novarum avidæ in  
tanta potestate seditionis ducem præ-  
beret. At ex prætura ulteriore Hispaniam  
sortitus, neque more, neque ju-  
re, antequam provinciæ ordinaren-  
tur, profectus est, ut prodit Suetonius  
Cap. XII X. ita ut in urbe tur-  
bare absens nihil potuerit eo anno,  
& magna insequentis parte, quæ in  
reditu ad urbem consumpta est. Con-  
tra diuturnam legem hanc fuisse indi-  
care videtur Plutarchus, qui sumptum  
scribit fuisse ἐνάτον anniversarium,  
& factum, ut ipsemet interpretatur,  
ἐνδεκάτῳ quotannis. Et fuit sanè Romanæ  
prudentiæ prospicere, quantas ille tur-  
bas esset daturus, qui prætura turbu-  
lentissime gesta, in provinciam ad  
eum, quem dixi, modum esset profe-  
ctus; & largitione plebis animos o-  
ptimatibus devinctos tenere. Sed &  
Cicero productam esse usque ad leges  
Clo.

Clodias hanc largitionem significare  
videtur ad Atticum II. epist. XIX. ubi  
narrat, Iudis Apollinaribus Curioni  
filio in theatrum venienti cum ita  
plausum esset, ut salva Rep. tulisse id  
Cæsarem graviter, & fuisse, qui ob e-  
am caussam Rosciæ legi, etiam fru-  
mentariæ minitarentur. Etsi hunc lo-  
cum qui expenderit diligentius, is non  
facile statuet, utrum de lata jam lege,  
an de ferenda hæc Cicero scripserit.  
Quod si latam significat, utrum ea sit,  
de qua disputamus, an alia quæpiam.  
Me quidem ancipites in diversum tra-  
hunc conjecturæ. De lata jam lege lo-  
qui Ciceronem suadet Roscia, quæ  
frumentariæ jungitur, & perlata est  
ante aliquot annos, qnam hæc scribe-  
rentur. Esse autem eam legem fru-  
mentariam id ipsum, quo de agimus,  
S. C. ut suspicer, facit mirum scripto-  
rum omnium, quod quidem hactenus  
animadverterim, de lege frumentaria  
inter hanc & Clodias interjecta, silen-  
tium. Facit breve spatium temporis,

inter

inter has elapsum, quod triennium non amplius fuit. Facit desultoria, ut ita dicam, Senatus levitas; si quod populo dedit, mox eripuit, ut non multo post redderetur. Nam S. C. quin legum nomine interdum veniant, negari non potest. Aliæ rursus ad aliam legem ante Clodias latam ducunt conjecturæ. Quis enim minus proprie hic accipi legis nomen præstare audeat? Nec si nullius præter hanc legis mentio reliqua est, potest contumuo confici nullam fuisse. Multa enim sunt ab iis, qui ad nos pervenerunt, scriptoribus præterita, & quædam adhuc in tenebris delitescunt. Ut igitur neque Plutarchus, neque alii prodiderint, Cæsare consulatus candidato, & nihil in summo magistratu non ausuro latam denuo frumentariam legem; tamen saepius expertam, & prope solennem plebis deliniendæ rationem in tanto discrimine esse neglectam credi vix potest. Cum præsertim Cæsarem consulatum petentem numaria etiam

etiam largitione legibus vetita optimates sibi oppugnandum putarint; ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Repub. fieri, ut est apud Suetonium Cap. XIX. Ad extremum, ut Cicero ait, *nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse.* Non modo autem de iam lata lege, verum etiam de ferenda hæc accipi possunt: ea scilicet, quam P. Clodius auram popularē captans, & studiū plebis in tribunatu sibi mandādo jactaret; quā Cæsar's amici negarent se ferri passuros. Quamquā enim scripta est hæc epistola Cæsare ipso & Bibulo Cossi post ludos Apollinares, qui ex vetere Kalēdario siebāt pridie Nonas Julias, & Clodius eo tempore nondū erat tribunus pl. creatus, comitiis dilatis à Bibulo in mensem Octobrē, ut est in XXI. ejusdē libri; istamen Cerealibus Aprili mense jā se tribunatus candidatum professus erat, ut ex epist. VIII. intelligitur. Quā obrēm fieri potest, ut Cæsar's amici, aut Clodiū se de sententia deducturos,

aut

aut tribunum inventuros , qui intercederet , minitarentur. Quæ igitur ambiguam rem faciunt, hæc sunt. Neque tamen dissimulabo, quæ pro S. C. rationes afferuntur, eas mihi firmiores videri. Quibus accedit, quod dubitari non poterat, quin Cæsar brevi consulatum peteret. Quamobrem patribus faciendum fuit, ut bene coeptam largitionem perseverando, illi aut ad magistratum , aut ad res novas in eo moliendas præcluderent viam. Cujus autem stultiæ fuisse Cæsaris amicos id se populo erecturos minari , quod in populi ipsius manu & suffragio situm esset ? Tandem leges Clodiæ utrum fuerint eo tempore jactatae , an non fuerint, obscurum est. Leges Clodiæ appello , non legem. Duas enim fuisse reperio frumentarias eodem anno latas, non unam, ut plerisque omnibus haec tenus persuasum fuit. Nisi me forte Dio fallit, apud quem lib. XXXIIX. in actis anni DCXCVI. hæc leguntur. ὁ δὲ Κλαδίος τὸν σῖτον  
τερε-

τῷ ποιναὶ ἀνδρὶς διέβελε. τὸ γὰρ μετρεῖσθαι  
τοῖς ἀπόροις τοῦτο οἰκουμένης οὐδὲν, καὶ τοῦ  
Πίστωνος ὑπαλογιζόμενοι συγκένταλο. Clodius  
igitur frumentum denuo gratis divisit.  
Tulerat enim ad populum, ut daretur  
pauperibus, cum primum Gabinius &  
Piso consulatum inierunt. Ἀνδρὶς dicit,  
rursus legem posteriorem significans,  
quae lata est de publico frumento,  
quod lege Sempronia semisse ac tri-  
entibus ad eam diem datum erat, gra-  
tis dando. Non enim suāsu Catonis  
plane donatum erat; id quod suspic-  
tus est Lipsius in Admirandis. Atque  
haud scio, an hoc illi Dionis verbum,  
quo ego errorem convelli puto, ad  
errandum ansam præbuerit. Neque  
enim ipse aperit, qua nütatur conjectu-  
ra: & apud alios scriptores frumenti  
a patribus gratis dati nec vola, ut a-  
junt, nec vestigium est. Dedit iterum  
Clodius gratis ex Dione, ante igitur  
gratis datum erat. Falsum est. Cur  
enim Plutarchus impensarum men-  
tionem facit? Cur lege Clodia prio-

re gratis datum non est? Cur remissos  
à Clodio , non à patribus semisses ac  
trientes quæritur Cicero ? certè illi  
præiuissent , quod hic sequeretur.  
Clodia lex prior , si usque ad eam ra-  
tum fuit S.C. aut de perpetua frumenta-  
tione , aut de majore pauperum nu-  
mero ad eam admittendo , aut de utro-  
que ; sin ratum non fuit , insuper de  
revocanda largitione lata est. Utraque  
lex in annum incurrit V.C. DCXCV.  
ex fastis Capitolinis , ex Dione autem  
in annum DCXCVI. Gabinio & Pi-  
sone Cost: qui Cæsari & Bibulo suc-  
cesserunt. Invenit scilicet Clodius le-  
ge posteriore , quid largiretur. Quam-  
quam M. Livius , cum leges suas fer-  
ret , atque inter eas frumentariam , ja-  
stare solitus fuerit , Floro teste , nihil se  
ad largitionem ulli reliquisse , nisi si quis  
aut cœnū dividere vellet , aut cœlum . Re-  
stabat effundēda largitionibus quinta  
prope pars vctigalium , quam Cicero  
in Sextiana amissam affirmat hac lege.  
De publica hac jactura quæram alias  
oppor-

opportunius, atque accuratius: nunc  
satis sit intelligere eo majorem fuisse,  
quod viguit haec lex omnium diutissi-  
me. Cum enim reliqua ad breve spa-  
tium temporis fuerint ratæ, haec ad  
tria sæcula fixa & firma nomen solum  
amisit. Caussa diurnitatis fuit am-  
bitio mater civilium bellorum, quæ  
sunt extincta funere & clade Reip.  
Dam nemo parem fert, nedum prio-  
rem, atque ob eam caussam serviant  
omnes plebi miseris modis, & populi  
gratiam Reip. incommodis aucupan-  
tur, non ausus est quisquam verbum  
unum facere de Clodia lege abro-  
ganda.

*De frumentariis Principum largitio-  
nibus. Cap. III.*

**V**ERUM ad legis Clodiæ diu-  
turnitatem nihil valuit æque ac  
Resp. redacta in unius potestatem.  
Cæsar enim rerum potitus animad-  
verso, quantum esset momentum in  
hac largitione ad plebis animos sibi

conceiliandos , largiri perseveravit,  
frustra suadente Salustio, ut provide-  
ret, uti plebs publico frumento cor-  
rupta habere negotia sua; & frumen-  
tum id, quod antea præmium ignaviae  
fuerat , per municipia & colonias mi-  
litibus daretur , cum stipendiis emeri-  
tis domos revertissent. Quin tantum  
abfuit, ut audiret Salustium; ut præter  
congiaria , quæ actis uno mense quat-  
tuor triumphis P. R. dedit , frumenti  
etiam denos modios viritim donarit.  
Sueton. Cap. XXXIX. Populo fru-  
menti denos modios ac totidem olei libras  
viritim divisit. Dio lib. XLII I. σιλον  
τῶν τελαγμένων, καὶ ἐλαῖον τριπά-  
δοκεν δολῶ (τῷ δημος) frumentum insu-  
per extra ordinem atque oleum ipsi (po-  
pulo) dedit. Ubi hanc largitionem a-  
perte extraordinariam fuisse testatur.  
Quod facit, ut mirer Lipsium conje-  
ctisse ordinariam quoque fuisse modi-  
um denuo. Quamquam autem in eo-  
rum, qui largiebantur , potestate erat  
iis largiri , quibus collibitum esset;

Cæsar

Cæsar tamen iis ipsis mensus est, qui publicum frumentum accipiebant. Augustus deinde patris consilium sequutus hoc quoque ~~mo*n*im~~ adhuc firmandæ dominationi; atque ~~ut~~ militem donis, sic populum annona pellit. Dedit enim publicam; dedit privatim coemptam; dedit frequenter extra ordinem in annonæ caritate. Proditum a Dione est lib. LV. Augustum, cum fame ingenti premeretur urbs, donasse plebi alterum tantum frumenti, quantum e publico solita erat accipere. Dederat etiam multis ante annis quadruplum, cum VI. consul ludos exhibuerat pro Aetia vitoria, eodem teste lib. LIII. Quæ largitiones fame vexante urbem ab Augusto sunt factæ, eas complexus est egregie Suetonius Cap. XLI. paucis verbis. *frumentum in annonæ difficultatibus* saepe levissimo, interdum nullo pretio viritim admensus est. In quibus verbis dignum est animadversione, frumentum saepe extra ordinem ven-

ditum fuisse levissimo pretio. Hinc enim intelligere est , majorem multo fuisse publici frumenti numerum eo, qui abibat in largitiones. Quæ observatio Taciti locum, de quo disputabimus inferius , non mediocriter illustrabit. Augustum tamen & suopte ingenio , & cura tuendi principatus propensum ad liberalitatem , cum multos magna quondam sterilitate ac difficiili remedio urbe expellere coactus esset, impetus cepit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret. Nec perseveravit, quia certum habebat posse per ambitionem aliquando restitui. Suetor. Cap.XLII. ab ipso Augusto hoc proditum scribit. Tot tantarum que largitionum memoriam consignaram ab eo monumentis breviarii rerum à se gestarum facile mihi persuadeo. Sed vetustas, cui in marmora & æra, nedum in nos homullos jus est , invidit nobis tam certa earum testimonia corrupto atque

que exeso magna ex parte lapide An-  
cyrano; perditis autem, omninoque  
sublatis è medio aheneis pilis, in qui-  
bus Romæ erat scriptum. De publico  
frumento in eo lapide semel tantum  
mentio sit obiter in capite, quod ascri-  
bam, cum de accipientium numero di-  
sputabo. De coempto privata pecunia  
in eodem monumento hanc

**ITERUM ÆRE MEO VIRITIM  
CONSUL UNDECIMUM  
DUODECIM FRUMENTA-  
TIONES FRUMENTO PRIVA-  
TIM COEMPTO EMENSUS  
SUM.**

Sustuli ex hoc fragmento insigne  
mendum, quod editiones omnes in-  
sederat, & pro illis verbis **ÆRE  
MERUI. ET.** quæ nauci non sunt,  
reposui **ÆRE MEO VIRITIM.**  
Ut legi in lapide ipso Ancyrano  
audeo affirmare. **ÆRE MEO**  
fortasse dixit Augustus in hoc capi-  
te, quod in superiori, **EX PA-  
TRIMONIO MEO.** Potest tamen

D 4                      hoc

hoc ipsum non incommode ad bæreditates etiam referri, de quibus mox dicam. Robur adjicit huic emendationi, quod subjicit. FRUMENTO PRIVATIM COEMPTO. Si enim curavi edendum in ipso fragmento, non COLUMEIO, ut viri doctissimi, sed hac quidem in parte nimis reteribus scriptoribus, qui à nobis tractantur: in his autem fœdissimis vetera monumenta describentium peccatis procul ablegandz. VIRITIM etiam scripsi, vestigia sequutus harum litterarum VI. ET. atque ipsum adeo Augustum, & veteres scriptores, qui hanc vocem adhibent ad significandas frumentarias, & numarias largitiones. Ex hoc igitur capite ad eum, quem dixi, modum restituto intelligimus, Augustum, quo anno XI. consul fuit, frumentum singulis mensibus plebi gratis dedisse coemptum ære sue. Id utrum fecerit ob redditum in urbem ex Cantabria devicta; an ob consula-

10 tum;

tum; an ob pestem, quæ grassari eo anno cœpit, non liquet. Illud constat Augustum, nisi si fuit divinus, ad famem, ut Lipsio videtur, levandam largiri non potuisse: cum fames non nisi anno insequente ex incultis per superioris anni luem agris premere urbem cœperit Dione teste initio libri LIV. Frumentum datum credo, sed ab eo, quod additur, privata pecunia coemptum fuisse, assensum cohibeo. Quamquam enim cum sœpe alias Augustus, tum supremo testamento professus est, absumpta à se in Remp. duo paterna patrimonia, & supra quaterdecies millies, quod ex testamentis amicorum perceperat (quæ minimum sunt trecenties quinquagies centena aureorom millia, vel ut nunc vulgo loquimur, quinque & triginta miliones) arguitur tamen semel & iterum mendacii à Dione lib. XLVI. ut qui militibus pecunias diviserit λόγῳ μὲν ἀκορεψεν, ἐργῷ δὲ ἐκ Ταχιδιῶν. verbis de suo, reapse de publico, & plebi R.

centenos vicenos nummos à patre legatos , non privata, ut videri vult in his fragmentis , sed publica pecunia persolverit. Verumtamen favet Augusto, quod historicus idem tradit, ludos pro Actiaca victoria privato sumptu ab eo factos. Cooperat scilicet abundare Augustus , & jam securus imperii tam large effundebat privatam pecuniam ad illud retinendum, quam publicam olim ad idem occupandum. Tiberius maxime tenax minime popularis raro admodum quidquam donavit. Observavi tamen apud Tacitum lib. II. novum ab eo ex cogitatum largitionis genus nummariae simul , & frumentarie. Nam saevitiam annonae incusante plebe , statuit frumento pretium , quod emptor penderet, binorumq; nummos se additum negotiatoribus in singulos modios. Idem scribit lib. XV. Neronem cum urbs deflagrasset, pretium frumenti minuisse usque ad ternos nummos , quod non perinde accipiendum est, ac si aut.

Nero,

Nero, aut qui ante eum imperarunt, pretium ullum vel levissimum dixerint publico frumento, quod lege Clodia gratis dari cooperat; id quod video Lipsium esse suspicatum commentariis in Tacitum. Fuit enim ab ea lege frumentum omnino gratuitum. Multo etiam minus hec de eo accipienda, quod supra annonarum modum, supraq[ue] menstruam tesseram capiebant. Nero enim praetextu hujus incendii ad quoddam tempus legitimo frumento plebem fraudavit. Xiphilinus, ἐν τῇ προφάσει τοῦ ἐμπρησμοῦ τῶν Ρωμαίων τὸ στηρέστο τῷ περιστατο. Incendium caussatus frumentationem publicam sustulit. Sed pretium, cuius meminit Tacitus, frumenti fuit à Nerone vernalis propositi ad sublevandas P.R. calamitates. Quantum enim collatis inter se horum scriptorum locis odorari possum, legitima largitione, ad quam plebis quota pars admittebatur, sublata, emensus est Nero P.R. sine ullo

discrimine frumentum sestertiis ter-  
nis, id est pretio levissimo in modios  
æstimatum. Magnam Tacitus fuisse  
hanc largitionem significat; major  
tamen erat futura omnino gratuita.  
Sed fuit, ut suspicor, Neroni consili-  
um pretio levissimo frumenti consti-  
tuto, una eademque opera populum  
lenire sibi infensum, ut incendii au-  
ctori, & simulare tantam a se quoque  
factam jacturam, ut neque dare fru-  
mentum posset omnino gratuitum, &  
a provinciis, privatisque collationes  
reciperet, atque adeo efflagitare coge-  
retur. Id quod ab eo factum tradit  
præter Suetonium Cap. XXXIX.  
Xiphilinus, quem ea, quam dixi, ra-  
tiane Tacito concilio. Fuit alterum  
quoque pretium annonæ, certa scili-  
cket summa pecuniæ, qua frumentum  
& privatum negotiatorum, & publi-  
cum, quod reliquum faciebant largi-  
tiones, vñebat. Ea summa pro copia  
frumenti, quæ in urbe erat, ut nunc  
quoque uluyenit, & pro anni proyen-  
tu,

tu, nunc major erat, nunc minor. Modus annonæ vocatur à Tacito lib. XV. Plinius lib. XII. Cap. X. annonam medium vocat, cum frumento nec vitalitas, nec caritas est, sed pretio vñit mediocri ac tolerabili. De Principum largitionibus hactenus. Neque enim per se qui omnes institui, sed specimen tantum exhibere volui, ex quo liceret conjecturam facere de aliis non paucis, quas de industria prætereo; ne cui forte in rebus cuilibet obviis immorari, aut contexere historiam videar.

*De pane pro frumento dari cæpto.*

*Cap. IV.*

**F**Rumentaria largitio cum diu obtinuisset, panis tandem succedit in ejus locum. De eo igitur, quando vicarius fuit publici frumenti, non abs te erit pauca disputare, ut prima ejus origo, si qua potest, in lucem eruat. Lipsius hanc annonæ mutationem factam à Trajano, omnino autem circa

circa Flaviorum imperium suspicatur. Adduxere eum in hanc sententiam veteres in Persium commentarii, qui Satyra III. farinam populi cribro decussam panem fiscalem interpretantur. Ut, cum Persium decessisse constet anno imperii Neronis VIII. Rubrio Mario, & Asinio Gallo Coss: jam tum panis pro frumento datus videatur. Accedit alter Juvenalis locus, quem floruisse Domitiani temporibus, atque adeo vitam usque ad Adriatum produxisse volunt. Is igitur Satyra X. de populo R. scribens, qui dabant olim imperium, fasces, legiones, omnia: nunc, inquit, se

*Continet, atque duas tantum res annius optat.*

*Panem, & Circenses.*

panem ecce nominat, non frumentum. Confirmat eum in hac sententia Aurelius Victor, qui Trajanum prodit annonæ perpetuæ mire confusisse, reperto, firmatoque pistorum

rum collegio. Si enim, inquit, pistorum collegium à Trajano ad commodandum annonæ, ergo & panis. Duo hic largitionis hujus initia nemo, opinor, tangi non videt: cum Trajanus quadragesimo ferme, postquam illa à Persio scripta sunt, anno imperium suscepit. Uter igitur panem primus dedit, Nero ne, an Trajanus? Non aperit Lipsius, quid sentiat: quamquam sciptores veteres, quos testes producit, digladiari videntur inter se; neque est Scholiaстæ Persii auctoritas cum Juvenale ipso, & Victore comparanda. Mihi vero, ut fatear ingenue, quod sentio, verum neutrum videtur: & rationes à Lipsio allatae in medium paullo negotio dilui possunt. Primum veteres illi in Juvenalem & Persium commentarii non tantum apud me, quantum apud alios plerisque habent auctoritatis pondus. Multa in illis antiqua reperias, multa recondita, multa optimæ notæ: sed contra in iisdem non pauca observavi

recen-

recentia, frivola, falsa, & ab eorum, in quos sunt scripti, poëtarum sententia aliena; quæ propemodum clamant eos non esse sinceros, sed ut alios plerosque (præcipue autem in Satyras Horatianas) infuscatos. Quamobrem adhibenda in iis legendis cautio est, ne quem forte vetustatis opinione rapiant in errorem. Rationem censuræ tam asperæ in hos commentarios meæ differam in aliud tempus: nunc satis erit ostendere, obscuratam ab eis, quasi nube obducta, clarissimam Persi sententiam panis fiscalis mentione. Carpebat enim poeta divites, gulæ, & luxuriae mancipia; qui panem, atque holera, quibus utitur plebs, aspernabantur, superbum hoc fastidium prætexentes levii aliqua excusatione.

... Positum est algente catino  
Durum bolus, & populi cribro decufsa farina:  
Tentemus fauces, tenero latei hunc  
noctis in ore

Putre

Putre, quod haud deceat plebeia rade-  
re beta.

Cujus loci priorem partem tantum  
non interpretatus est Plinius lib. XIX.  
Cap. IV. longa, eaque acerbissima di-  
vitum luxus insectatione, de qua pau-  
ca operæ pretium est delibare. Feren-  
dum sane fuerit exquisita nasci poma,  
alia ladore, alia magnitudine, alia mon-  
stro pauperibus interdicta : in veterant  
vina, sacci quod castrari, nec cuiquam adeo  
longam esse vitam, ut non ante se genita  
potet. E frugibus quoque quoddam ali-  
mentum excogitasse luxuriam, ac me-  
dulla tantum earum, superque pistinarum  
operibus, & cælaturis vivere, alio pane  
procerum, alio vulgi, tot generibus usque  
ad infimam plebem descendente annona.  
Etiamne in herbis discriimen inventum  
est, opes quod differentiam fecere in cibo et  
iam uno aſſe venali? In his quoque ali-  
qua sibi nasci tribus negant. Reliqua  
legantur apud illum tristissimum, &  
asperrium censorem morum, quem  
cum lego, nec Persum, nec Juvena-  
lem.

lem desidero , ac ne Lucillium quidem ; quamquam velut stricto ense infremuisse dicitur. Sed Juvenalis mentio opportune facta revocat mihi in memoriam Satyram ejus V. cuius idem ferme est , quod superioris Pliniani loci argumentum, sed ita tractatum , ut cum Plinius fulmina mittere videatur, Juvenalis vix coruscet . & quanto hic placidor , tanto sit ille torrentior. In ea igitur Satyra hi versus leguntur , qui superiores etiam Persianos illustrant non mediocriter.

*Ecce alius quanto porrexit murmurare panem*

*Vix fractum , solidæ jam mucida frusta farinæ,*

*Quæ genuinum agitent , non admittentia mortsum.*

*Sed tener , & niveus , molliq; silagine factus*

*Ponetur domino. Dextram cibibere membra :*

*Salva*

Defrument. Roman. largit. 91

Salva sit artopæ reverentia. Finge  
tamen te

Improbulum; supereft illic, qui po-  
nere cogat.

Vix tu consuetis audax conviva ca-  
nistris

Impleri, panesq; tui novisse colo-  
rem?

Cum igitur plebji plerique confi-  
cerent, hodieque conficiant panis,  
non ex farina succreta cribro polli-  
nario, sed laxiore, quod minutos et-  
iam furfures transmittit: hi panes  
quia neque candore, neque suavitate  
pares iis erant, qui parabantur diviti-  
bus ex simila aut filagine, ab illis re-  
jiciebantur. Atque hi sunt, quos si-  
gnificat Persius, cum farinam dicit  
populi cribro decussam. Cur igitur  
quisquam fiscales panes hic nobis ob-  
trudat, nihil est. Habeat sibi ille bar-  
dus, qui eos primus somniavit. Quid?  
quod haec hujus loci interpretatio  
cum altero pugnat ejusdem poetæ lo-  
co Satyra V?

13

Liber

Libertate opus est, non hac, qua ut  
quisq; Velina  
Publius emeruit, scabrosum tesseru-  
la far

Possidet.

Nonne enim diserte ostendit poe-  
ta distribui solitum ætate sua frumen-  
tum, non panem? Quod si cui forte  
in mentem venerit suspicari, mutatam  
à Nerone, postquam hæc scripta sunt,  
aut mortuo jam Persio, annonam, is  
meminerit, Tacitum lib. XV. scriptum  
reliquisse, Neronem anno imperii XI.  
Silio Nerva, & Attico Vestino Coss;  
(is fuit à Persii morte annus tertius)  
dedisse prætorianis militibus sine pre-  
tio frumentum, quo ante ex modo an-  
nonæ utebantur. Panem. n. profecto  
largitum dixisset, si frumentum per ea  
tempora dari esset desitum. Hæc de  
Neronis imperio, & Persii loco. De  
Tito imperatore vetus extat inscrip-  
tio reperta in horreis Palatinis, ex  
Panuinio in turbe Roma

IMP.

De frument. Roman. largit 93

IMP. T. CÆSARI.

DIVI. F.

VESPASIANO. AUG.

PLEBS. URBANA.

QUÆ. FRUMENTUM.

PUBLICUM. ACCEPIT.

E.T. TRIBUS.

14

Juvenalis autem, cuius ad Domitia-  
num, Nervam, Trajanum, Adrianum  
pertinere potest locus, panem dicit à  
populo optari. Non nego. Fiscalem  
igitur, & gradilem. Hoc pernego. Vi-  
detur enim mihi poeta panis nomine  
significare uberem annonam, quam,  
plebs ubique exigit à Principe. De ea  
locus est apud Tacitum lib. IV. histo-  
riarum, eo magis notandus, quod sum-  
mus vir in ejus interpretatione à me  
stat, secum pugnat. Quia naves, inquit  
Tacitus, sævitia biemis prohibebantur,  
vulgaris alimenta in dies mercari soli-  
tum, cui una ex Republ. annonæ cura,  
retineri commeatus dum timet, credebat.  
In eum locum Lipsius tale esse notat  
hoc Juvenalis de populo R,

Duas

Duas tantum res anxius  
optat

Panem, & Circenses.

De pane igitur vænali, ejusque copia locus Juvenalis accipiendus, non de fiscalis, quem Domitiani sæculo in usu non fuisse docet, ni fallor, hic poëtæ ejusdem locus e Satyra VII. quæ est de vivi adhuc Domitianis egregia in poetas voluntate, quamquam Neronem hic quoque somniat yetus interpres.

Summula ne pereat, qua viliis tessera  
vænit

Frumenti.

tesseram frumenti ecce nominat, non panem. Veruntamen idem ille yetus interpres hoc quoque distorquet, & summulam, nisi me fallunt corrupta ejus verba, modum significare ait gradilis panis: quam recte, & apposite ad reliqua poeta verba, omnes vident. Si enim summula modus panis est, quid erit tessera frumenti væniens? An non yerius est, summulam esse eam pecu-

pecuniolam, quam tesseræ frumentariæ pretio parem orator corradebat? mihi quidem videtur. Dedit igitur frumentum Domitianus. Quid Nerva? Silent historici, sed nummi loquuntur, in quorum uno modius est spicis refertus cu[m] hac inscriptione.

**PLEBEI URBANÆ FRUMENTO CONSTITUTO.**

Quamquam autem, qua sit præcipue ratione constitutum, non constat (potuit enim multimodis constitui) mihi tamen satis superque est, non dici restitutum, ut sane dictum oportuit, si Domitianus panem distribuerat. Illud quoque confirmare omnes potest non mediocriter in hac sententia, quod hic mentio sit plebis urbanæ, quæ annonam gratuitam accipere erat solita. Dedit igitur Nerva frumentum, atque adeo ut successores dare possent, constituit. Successit illi Trajanus, quem institisse paternis vestigiis (quod quidem spectat ad hanc largitionem) quamquam veri admo-

admodum simile est, non possum tamen certo affirmare: quippe qui nullum adhuc invenerim vetus monumentum, unde id erui possit. Ac ne panes quidem ab eo distributos quam veterum tradidit. Solus Victor nescio quid de pistoribus scripsit, ut supra notavi, unde id eruit Lipsius.

15 Sed alia fortasse, quam putat, illis verbis est subjecta sententia, & hoc dicit Victor. Ut panis ingenti urbem contentum multitudini abunde suppeditaret, nec deficeret unquam, repertum à Trajano, firmatumque pistorum collegium. Qua ratione & populo R. universo, & peregrinis optimus imperator prospexit, quorum plerique pane à propola vitam tolerabant; id quod & stante Republica, & collapsa factum conjicio ex Cicerone in Pisonem, & Tacito lib. IV. historiarum: & hodieque Romæ tralatitium est; qua in urbe, ut in plerisque omnibus Italicis, pistorum collegium in eam, quam dixi, gratiam viget? at panis largitio,  
si spor-

si sportulas excipias, nulla. Quando  
igitur nihil vetat credere, idem Tra-  
jani consilium fuisse; expe&temus ne-  
cessse est, dum aliquid certius de pane  
ab eo distributo in lucem eruatur. In-  
terea si à frumentaria largitione, quam  
diu retinuisse Trajani successores do-  
cebo, de ipso Trajano conjecturam  
ducere licet; quidni autem liceat? fru-  
mentum ab eo datum videri pronun-  
tio. Adrianus certe, qui illi in impe-  
rio successit, Senatoribus, qui non vitio  
suo decoixerant, patrimonium pro libero-  
rum modo Senatoriae professionis exple-  
vit, ita ut plerisque in diem vitæ suæ DI-  
*MENSUM sine dilatione restituerit,*  
ut scribit Spartianus. At dimensum  
non panis modus est, sed frumenti, au-  
tore Donato in Phormionem. Fru-  
mentum igitur largitus est Adrianus.  
De Antonio autem Pio, quem ille ha-  
buit hæredem imperii, hæc apud Ca-  
pitolinum leguntur. *Vini, olei, & tri-*  
*tici penuriam per ærarii sui damna e-*  
*mendo, & gratis populo dando sedavit.*

Quamquam autem hæc extra ordinem largitio videtur in annonæ caritate, quid tamen causa fuerit, quam ob rem frumentum, non panis populo datur, non video; si pistorum collegium ea tantum gratia fuerat institutum, ut gratuitum panem conficerent. Post Antoninum Pium imperium suscepit alter Antoninus, quem vulgo appellant Philosophum. Is cum L. Vero, quem Augustum dixerat, Lucillah filiam despexit, ob hanc conjunctionem, ut ait Capitolinus, pueros & paellas novorum hominum frumentarie perceptioni ascribi præcepit. Nihil dici potuit aperi-  
tius: & tamen in rem minime dubiam testem alterum dabo L. Appuleium, qui circa Antonini tempora, & horum DD. fratrum vixisse traditur. Is libro de mundo. Alius, inquit, ad Minutiam frumentatum venit, & aliis in judicis dies dicitur. Nulla hic graduum, è quibus panem distributum volunt, sed Minutiæ; nulla panis, sed frumenti mentio. Quinetiam mul-

tis

tis post annis I. Septimius Severus ,  
& post eum Antoninus ejus filius fru-  
mentum dedere , si Lipsio creditus,  
qui ad Taciti Annalium librum XV.  
docet ex Herodiano auctem ab utro-  
que modum frumenti , quod cohorti-  
bus prætorianis Neronis instituto gra-  
tis dabatur. Accepisse autem etiam  
plebem colligo ex Xiphilino, qui uno  
eodemque nomine τῶν αἰτοτοι μένειν,  
quo utitur Dio ad eos significandos ,  
quibus frumentum gratis dabatur , de  
Severo scribens milites & plebem  
complectitur. Ejus verba recitabo  
inferius, cum de numero accipientium  
disputabo. Postremo Alexandrum a  
vetere consuetudine non recessisse do-  
cent Paullus & Ulpianus I. CC. quo-  
rum uterque & floruit , Lampridio  
testa , illo imperante , & frumentariæ  
tesseræ mentionem fecit Ulpiani  
fragmentum legitur in Pandectis ti-  
tulo de judiciis. Si libertis suis tes-  
seras frumentarias emi voluerit re-  
stator , Paulli autem titulo de

legatis 2. Si Titio tessera frumentaria  
legata sit. Cum ergo frumenti tam  
frequens sit apud veteres mentio , de  
pane autem mirum silentium , non te-  
mere, opinor, usque ad hæc tempora  
frumentum donatum quis affirmave-  
rit. Quid tu? inquiet aliquis, panem  
fiscalem cuius inventum putas? Ego  
vero Aureliani, quem tradit Vopiscus  
expeditione susceptra in orientem, bi-  
libres coronas populo R. pollicitum,  
si viator redisset. Ac populum qui-  
dem aureas expectantem ex panibus  
accepisse, quos illi Aurelianus voti  
compos donavit. Ex eo igitur panem  
quotidie singulis datum, & quidem si-  
ligineum, qui hæredes, posterosque  
omnes sequeretur, atque hunc panem,  
ut ita dicam, coronarium se hæc pro-  
dente. Constantino principe adhuc  
datum affirmat. Paullatim deinde hæc  
quoque largitio una cum imperio  
P. R. consenuit, ac demum omnino  
defluxit. Sed alterum quoque est ab  
Aureliano usurpatum largitionis ge-  
nus

nus, cuius meminit in epistola ad præfectum annonæ apud eundem Vopis his verbis. *Inter cetera, quibus, DIs Faventibus, Romanam rem juvimus, nihil mihi est magnificentius, quam quod additamento uncie omne annonarum urbicularum genus juvi.* Vopiscus unciam additam panibus urbis de Aegyptio vectigali testatur. Hanc largitionem viris doctis ante me observatam fuit mihi consilium denuo commemorare, ut alia nonnulla, ut in medium rationem ponerem, qua si minus facta est, at fieri potuit. Autem igitur non mediocriter Aegyptio vectigali Probi opera, quem tradit Vopiscus in Nilo tam multa fecisse, ut vectigal frumentarium solus adiuvuerit, statuit Aurelianus. Quidquid illud fuerat accessionis donare populo R. sed ita, ut, quod in se erat, nemo expers esset ejus largitionis. Jussit igitur ut pistores, qui panes in urbe vanales conficiebant, certi in asses v. g. ponderis pro annonæ modo, ut sit hodieq; i.e pa-

nibus singulis unciam adderent, quam ipse gratuitam ementibus dabat, dama pistorum frumento Alexandrino farciendo. Sed hanc largitionem suspicor non fuisse diuturnam.

*De modo frumenti.*

*Cap. V.*

**H**æc habui, de ortu & interitu frumentariæ largitionis quæ dicere. Nunc de modo frumenti ut disputem, ratio suadet, ac via, quæ in omni doctrina momenti plurimum haber. Ac principio quidem certum ac definitum modum nullum fuisse facile adducor ad suspicandum. Quippe qui ex Livio præsertim intelligam, frumenti vim, quæ distribuebatur, variam fuisse & incertam, & tamen divitiam aliquando cum summa fide & gratia, id est, ut ego interpretor, nulla habita aut proprii, aut amicorum, & clientium commodi præcipua ratione, sed admissa plebe uniuersa ad publicam

cam liberalitatem. Quia ratione ad ejus multitudinem frumenti modus fuit exigendus. Sed haec, ut ingenue fatear, mera est divinatio, ex perlevi orta conjectura: quam autem subjiciam, ea firmiori nitetur fundamento, & facile omnes mihi assentientur, Gracchum, qui primus de stata, ac perpetua frumentatione legem tulit, de modo etiam frumenti cayisse. Eum igitur hujus quoque rei auctorem facio. Ab Appulejo autem & Druso non minus hunc ipsum modum servatum verisimile est, quam certum sit, legem Semproniam eos revocare conatos. Sed quanta haec fuerit menstrua largitio, nemo omnium, qui extant, veterum scriptorum, quod sciam, prodidit. Unus Salustius in ea, quam supra commemoravi, Marcii concione, modum lege Terentia frumento definitum expressit his verbis. *Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur, qua tamen quinis modis libertatem omnium aestimavere.* Quem

locum diligenter examinans veni in  
eam sententiam, ut mihi persuaserim,  
aut restitutum hac lege veterem Sem-  
proniæ modum, aut hunc recentem  
vetere majorem fuisse. Vix est enim  
ut si plus Gracchus dedisset, fuerit  
Marcius silentio præteritus, largio-  
rem tribunum fuisse, quam patres:  
cum præsertim eos apud plebem cri-  
minaretur, & largitionem illam exte-  
nuaret; ut hujus exilitate, illorum  
impotentia commota in studium resti-  
tuendæ tribunitiæ potestatis acrius  
exardesceret. Sed tamen parem fuisse  
legis Terentiæ & Semproniæ modum  
verius videtur cogitanti, hanc largi-  
tionem patribus expressam, delinire  
satis potuisse plebis animos in eos of-  
fensores, si par tribunitiæ fuisset. Hoc  
igitur probo: Lipsium non audio, qui  
ob has tribunitias querelas additum  
largitioni modium arbitratur, ita ut  
seni essent. Nam cum pugnet aperte  
cum Salustio, nulla tamen sententiam  
suam fulcit ratione. Quini igitur mo-  
dii,

dii, singulis mensibus ad frumentariam perceptionem admissis dati sunt lege Sempronia; fortasse etiam S. C. factio in sententiam Catonis, ad plebem, legis Terentiæ exemplo, lenientiam. Reliquæ sunt Clodiæ leges, latæ paullo ante funus Reipubl. quibus nullam factam ad veterem modum accessionem ut credam, facit Cicero, qui exhaustum a Clodio remissis semissibus ac trientibus æratium déplorat; de modo autem ab eo aucto ne verbum quidem: cum tamen hac ratione magnum potuerit Reipubl. vulnus infligi, & Ciceroni non dissimulandum. Dicet quispiam. Ne de numero quidem accipientium aucto Cicero quæritur, de quo tamen Clodiā legem priorem non esse latam præstare non audes. Sed multitudo aucta antea fuerat à viris bonis, & Republicæ amantibus; modis fortasse à nemine. Cæfare autem rerum potito, ordinariam largitionem fuisse modium denum, eo magis miror Lipsium affirmasse in

17

Admirandis, quod alibi à se id nota-  
tum dicit, quod nullibi est notatum.  
Nam in Electis, probare hanc senten-  
tiam non ausus, suspicatur id, quod res  
est, hanc fuisse largitionem extra or-  
dinem, ut ego capite III. Dionis te-  
timonio probavi. A Cæfare usque  
ad Severum de modo frumenti à vete-  
ribus traditum nihil observavi. Seve-  
rus, Herodiano teste libro II I. primus  
cohortibus prætorianis modum au-  
xit. Caracalla ejus filius patre cæso,  
ut est apud eundem lib. IV. dimidium  
ejus, quod pater dabat, adjecit, ut men-  
strua largitio minimum fuerit nove-  
num modiorum. Modus autem fru-  
menti plebi distributi qui fuerit, ob-  
scurum est. Frumento deinde post  
LX. circiter annum dari desito, coro-  
næ bilibres ex filigineis panibus quo-  
tidie populo ab Aureliano sunt datæ:  
quam largitionem si minus majorem  
frumentaria, quæ antea obtinebat, pa-  
rem certe fuisse verisimile est.

De iis, quibus dabatur publicum frumentum. Cap. VI.

**A**d tertium jam venio disputacionis hujus caput, de iis, quibus dabatur publicum frumentum. Hæc quæstio duas habet partes; unam de statu, alteram de multitudine accipientium, quas eodem, quo propositæ sunt, ordine exsequar. Quod spectat ad primam, datum est frumentum civibus Romanis tenuioribus, sive ingenui essent, sive libertini, sive nobiles, sive obscuri. Senatores etiam accepisse reperio, & admissos ab Augusto aratores, & negotiatores, à Nerone cohortes prætorias: quæ omnia, antequam porro progredior, veterum testimoniis confirmanda sunt. Cives fuisse liquet ex Persii, & Senecæ locis, quos ante me Lipsius notavit; neque ex iis modo, sed ex aliis multis, quibus in re tam clara & certa supersedeo. Quamobrem peregrinos ante civitate, quam frumento donatos autumno.

Ha-

Habitam præcipue tenuiorum, miseraque plebeculae rationem iisdem testibus credi potest, quibus supra usus sum, de legibus Sempronia & Clodia cum disputarem. Liberti etiam capiebant, ut præter Persium, cuius versus Cap. IV. illustravi, docet Dio libro XXXIX. ὁ Πομπεῖος ἔσχε εὖ τῇ τοῦ σιτου διαδόσει τριβὴν τινὶ. πολλῶν γὰρ πρὸς τὸς ἀπὸ ἀυτοῦ ἐλαῖδας ἐλευθερωθεντῶν, ἀπογράφην, σφῶν ὅπως ἐν τε κόσμῳ, οὐκ ἐν τάξει. τινὶ σιτοδιθῶσιν, ἐδελῆται ποιεῖσθαι. Erant, quæ Pompejum in distributione frumenti morarentur. Multis enim propter spem, quam de se excitari, manumissis, ut recte atque ordine acciperent, recensum eorum facere instituerat. Quæ verba ad nescio quam liberalitatem detorsit interpres. Accipisse autem & nobiles, & magistratis functos discimus ex Cicerone Tuscul. III. Piso ille frigi semper contra legem frumentariam dixerat. Is legata consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animadverterat

Grac.

Gracchus in concione Pisonem stantem.  
Quærit andiente populo R. qui sibi con-  
stet, cum ea lege frumentum petat, quam  
dissuaserat. Nolim, inquit, mea bona,  
Gracche, tibi viritim dividere liceat.  
Sed si facies, partem petam. De Sena-  
toribus est etiam Spartiani locus in  
Adriano, quem supra descripsi. Sena-  
toribus, qui non vitio suo decoxerant, pa-  
trimonium pro liberorum modo Senato-  
riæ professionis explevit: ita ut plerisq;  
in diem vitæ suæ dimensum sine dila-  
tione restituerit. Ex quibus verbis in-  
telligere est, & datum Senatoribus  
etiam ante illa tempora frumentum &  
dari desitum iis, qui decoxisserent. Ad  
hæc aratores, ac negotiantes ab Augu-  
sto admissos ad frumentationem pro-  
dere videtur Suetonius cap. XLII.  
cum narrat post magnam illam fa-  
mem, quæ Augustum prope impulit  
ad abolendas publicas frumentatio-  
nes, ita ab eo rem temperatam, ut non  
minorem aratorum ac negotiantum,  
quam populrationem deduceret. Quam-  
quam

quam mihi de hac re attentius cogitanti non videtur Augustus hoc consilio plebem avocasse ab ignavia, ac desidia, & ad agriculturam traduxisse. Si enim una cum industriis & navis admittebantur adhuc ad frumentationes ignavi & otiosi, quid erat, cur quisquam commoveretur, & vitam duram, ac laboriosam præponeret inertī ac securæ? Patebat adhuc via, quam omnino præclusam oportuit ab eo, qui cuperet aliquid promovere. Nisi forte certus aliquis aratorum ac negotiantium numerus ita est admissus ad publicas frumentationes, ut in locum demortuorum non nisi ejusdem farinæ homines sublegerentur. Ex quo consilio fructum aliquem capere Augustum potuisse non nego: veruntamen hæret mihi in animo suspicio alterius sententia, quæ lateat sub illis verbis. Potuit enim Augustus alia quapiam ratione aratorum ac negotiantium commodis prospicere: præsertim immunitate, qua interjecto

tem-

tempore donatas à Nerone frumentarias naves ex Tacito discimus lib. XIII. Postremo prætorianis militibus dedit idem Nero gratuitam annum Suetonio teste cap. X. & Tacito lib. XV. Hos omnes, quicunque capiebant publicum frumentum, intelligendum est in urbe domicilium habuisse. Res clara ex Plutarcho, Plinio, Dione, Lapide Ancyriano. Et jure sane hoc fuit institutum. Neque enim fas est, ut Cassiodori verbis utar, ut *qui urbis affectum domicilii indicio monstrare neglexerint, ejus commodis perfruantur*. Sed ne id quidem, ut frumentum quis caperet, satis fuit. Nam recipi ante, & in album referri oportuit. Hanc Græci *ἀπογραφήν*, & *ἐπετασίην*, nostri recensum, & recensionem vocant, quam stante Republica fuisse usurpatam ex Cicerone intelligimus in Miloniana. Eum (Clodiū) qui a dem Nymphaum incendit, ut memoriā publicae recensionis tabulis publicis consignatam extingueret. Sed & Suetonius idem signi-

significat in Cæsare cap. XLI. actum  
ab eo recensum nec more , nec loco  
solito prodens. Locum solitum fuisse  
campum Martium ; morem , ut per  
Censores , & publicos Scribas nego-  
tium conficeretur sunt viri doctissimi,  
qui velint. Sed ut de Censoribus du-  
bitem, facit Dionis de Pômpejo locus,  
quem supra recitavi. Ex eo intelligi-  
tur, hos recipere , illos rejicere in eo-  
rum, qui curabant frumentum , pote-  
state fuisse. Sed Cæsar Dictator hoc  
quoque mutavit, & recensu acto insti-  
tuit, ut quotannis in demortuorum lo-  
cum subsortitio à Prætore fieret ex  
his, qui recensiti non essent. Ita res ex  
arbitraria facta fortuita , & à gratia  
traducta ad sortem. Recensitis daban-  
tur tesseræ , quas vendi quia nulla ve-  
tabat lex , fiebat non raro, ut qui eas  
emerant , quamquam recensiti non e-  
rant, acciperent nihilominus frumen-  
tum. Vænisse autem eas vili , non so-  
lum potest conjici ex eo , quod tanti-  
spes erant, ut ita dicam, frugiferæ, dum

iis,

iis, unde erant emptæ, vita suppeditabat; sed intelligitur etiam ex Juvenalis versibus è Satyra VII. supra capite IV. descriptis. Cetera, quæ sunt hujus propria, apud Lipsium legantur.

*De numero accipientium publicum  
frumentum. Cap. VII.*

**A**ltera de numero accipientium quæstionis pars multo est obscurior, sed contendam, qua potero, ei quoque lucem dare. Ante legem Semproniam vix adduci possum, ut credam certum fuisse numerum τῶν αὐτοδοτουμένων. Quid mirum? cum rara esset, incertaque largitio, & nunc major, nunc minor frumenti numerus advehetur. C. Gracchus non dubito, quin de hac quoque re lege cavebit; sed quam multi acceperint ejus beneficio, nondum potui subodorari. Paribus tenebris circumfusæ sunt leges Appuleja, & Livia. Numerum accipientium lege Terentia indagavi nec

nec satis certis, nec nisi leviter impres-  
sis vestigiis apud Ciceronem frumenta-  
ria, quo loco agit de venditis à Ver-  
re Agyrinensium decumis. Imperas,  
inquit, ut decumas accipiant; Apronio  
dent lucri iustici medium XXXIV.  
*M.* Quid est hoc? Una civitas ex uno  
agro plebis Romanae prope menstrua ci-  
baria donare Apronio cogitur? Menstrua  
cibaria alterutro horum modorum in-  
terpretemur necesse est; aut frumen-  
tum, quo empto plebs Romana vi-  
tam tolerabat, aut quo publice dona-  
batur. In emptum, quæ Cicero dicit,  
non cadere si ostendero, non levi ac  
futili conjecturam meam arguamento  
confirmaro. Nam de frumento Ro-  
mam undecumque importato, sive id  
Siculum esset, sive inventum ex aliis  
provinciis, ut eo plebs R. universa u-  
teretur, hæc accipi nullo modo pos-  
sunt. In urbe enim omnium, quas sol  
aspiceret, maxima, quis non ultro det  
fuisse amplius CCCC. M. plebis ur-  
banæ? Alioqui Romam pro ejus  
magni-

magnitudine adeo à veteribus cele-  
brata fecerit ὀλιγάνθρωπον, & parum  
frequentem. At subdūcta ratione hanc  
multitudinem minimum CC. M. me-  
dimnum menstrua absumpisse com-  
periemus, ut singulis tribuantur mo-  
dii terni. Qui ingens frumenti nume-  
rus à XXXIV. millibus medimum à  
Cicerone expressis abest tam longe,  
ut nullo modo tam impudenti men-  
dacio fucus fieri judicibus potuerit.  
Sequitur ut de Siculo tantum frumen-  
to hæc accipiamus. Sed cum duæ sint  
exactæ ab Siculis decumæ, utrum ad  
utrasque hæc pertinere censemus,  
an ad alteras? Decumani frumenti,  
& ex S. C. empti numerus fuit in fin-  
gulos menses C. M. medium, ut  
constabit ex capite X. Qui autem di-  
cat XXXIV. M. esse prope centena  
millia, is non & calumnietur aperte, &  
judicum odium à reo in se convertat?  
Restat igitur, si de frumento Romæ  
vænali hæc à Cicerone sunt scripta, ad  
alteras tantum decumas ut pertineant,

quæ

quæ fuerunt medimnum L.M. Vitant  
fateor, qui ita locum hunc interpre-  
tantur, eam rationem, qua sunt supe-  
riores sententiæ jugulatæ. Nam si o-  
ratorum in augendo spectetur con-  
suetudo, negari non potest, quin L.M.  
ad XXXIV. proxime accedant. Hanc  
igitur vitant rationem, sed in alias in-  
currunt. Nam quæri potest primum,  
de utris hæc dicta putent Siciliæ decu-  
mis ? neque enim discernit orator.  
Deinde cum utræque, ut ex multis  
orationis illius locis constat, sint Ro-  
mam missæ, cur alterarum tantum ra-  
tio habeatur ? Quod autem quis di-  
cat, cum præter eum, de quo disputa-  
mus, duo sint ejusdem orationis loci,  
in quibus demptum esse à Verre de  
P.R. victu frumentum, & altam à Si-  
culis plebem R. affirmat, hiisque omnes  
loci in ea sint orationis parte, in qua  
de primis decumis agitur, de his tan-  
tum omnes accipiendos videri : hæc  
inquam quod quis dicat, menon pri-  
us commovet, quam doceat, aut al-  
teras

teras decumas Roman missas non fuisse: aut aliam ullam fuisse caussam, cur mitterentur, quam *ut populo R. sati frumenti ex Sicilia suppeditaretur*; aut quid sibi Cicero velit, cum de emptis decumis disputans datum ait *Verris pecuniam ad frumentum, id est ad necessitatem salutis & vitae*. Nam ex his iunctis aut fallor, aut efficitur, hoc quoque frumentum in plebis R. usus imperatum atque adiectum fuisse. Redeo igitur ad superiorem illam rationem, & quæro, cur ejus in mensuiss P.R.cibariis ratio non habeatur. Qui respondere non poterit, si, quam imbibit, opinionem mordicus retinebit, fateri cogetur se in hoc loco interpretando non tam ratione, quam arbitrio suo niti, plusque de sua, quam de Ciceronis sententia laborare. Quando igitur neque de omni frumento publico, quod erat Romæ vanale, neque de Siculo, sive utrasque sive alteras tantum decumas sumamus, hæc scripta videntur, quid restat, nisi ut significi-

gnificari dicamus Ciceronis verbis  
menstruam annonam lege Terentia  
plebi donatam eo triennio, quo Ver-  
res fuit in Sicilia? Sed certus frumen-  
ti numerus latet. Id unum scimus Ci-  
cerone auctore accessisse eum ad me-  
dium XXXIV. M. Hac igitur  
quasi face prælucente progrediamur  
conjecturis quamminime audacibus.  
Imminuit orator modum frumenti ad  
crimen augendum, nos eum amplifi-  
cemos, & producamus vel ad L. M.  
medium: qua ratione fieri ad illum  
tertiae circiter partis accessio, adeo  
non levis, ut fortasse ne orator quidem  
tantum detrahere sit ausus, cum verla-  
retur in re omnibus nota & aperta.  
Medium singula modios Romanos  
capiunt sex. Erunt igitur menstrua  
modum Romanorum CCC. M. que  
sufficiunt hominum LX. Millibus a-  
lendis, ut modus frumenti fuerint mo-  
dii quinq. Aut igitur haec ipsa, aut cir-  
citer tanta, mea quidem sententia non  
major hominum multitudo lege Te-  
rentia

rentia publicum frumentum accepit.  
At Senatusconsulto, cuius auctor fuit  
**M. Cato**, conjicere possumus admissa  
ad frumentationem hominum M. cir-  
citer C. ex sumptu, quem factum quot-  
annis in eam rem tradit. Plutarchus.  
Is sumptus fuit DCCL. M. scutatorum  
aureorum. Cum enim frumentum le-  
ge Terentia dividendum tradat Cice-  
ro in frumentaria emptum in Sicilia  
HS. quaternis in modios singulos, Ro-  
mæ pluris fuisse necesse est, nisi si aut  
classe, quibus advehebatur, nullo Rei-  
publ. sumptu navigatorunt, aut facien-  
di non fuerunt alii sumptus co majo-  
res, quod frumenti pars multo maxi-  
ma è regionibus quam Sicilia remo-  
tioribus petebatur. Ponamus igitur  
frumentum Romæ fuisse in modios  
singulos HS. quinis, &c paullo am-  
plius; & quidquid excurrit, refectum  
Reipublicæ semissibus ac trientibus,  
quos numerabat plebs, atque hac  
ratione datos inveniemus ex hoc  
S. C. modios quinque quot mensibus

centum hominum millibus. Accipiebant enim singuli quotannis modios sexagenos, qui ea, quam statui, æstimatione HS. quinum, valebant aureos scutatos septem cum semisse. Hi centies millies ducti reddent ad assēm summam illam Plutarchi DCCL. M. Sed tamen quia sumptuum Reipubl. modum tenere ad unguem non possumus, una etiam certum accipientium numerum ignoremus necesse est. Sed non erit procul à vero, qui circiter tantum, omnino autem majorem, quam lege Terentia fuisse existimabit. De Clodia priore nihil habeo dicere, præter ea, quæ capite II. extremo sunt dicta. Hac igitur missa veniamus ad C. Cæsarem, qui cum per seditiones & bella civilia plurimi, ut fit, irrep̄fissent nullo jure in has largitiones, jamque essent CCCXX. M. accipientium publicum frumentum, anno V. C. DCCVII. recensu acto ad CL. M. retraxit. Auctor Suet. cap. XLI. & Dio libro XLIII. cuius verba Lipsius male inter-

interpretatur. Quamquam enim ad 18  
partem dimidiā redactos prodit,  
quæ sunt CLX.M. addit tamen ὀμοῦτι,  
id est ferme, ut aliquanto pauciores  
fuisse intelligamus, quamquam ipse,  
ut sit, rotunda summa uritur. Idem  
numerum à Cæsare imminutum innuit  
ipsis triumphi diebus, ut ad pauciores  
largitio perveniret. Neuter tamen  
rem ita prodit, ut intelligere liceat  
reduceritne Cæsar veterem nume-  
rum, an modice auctum ierit. Lipsius 19  
reuocatum veterem credit: mihi in  
re incerta, & probabili placet altera  
sententia, non ob eam solum caussam,  
quod in homine populari fuit hoc ma-  
gis populare, sed etiam ut civibus te-  
nuioribus, & obæratis, qui, cum nihil  
haberent in censu, collocarant in Cæsa-  
re spem suam, & abejas partibus stete-  
rant, gratia ex parte aliqua repende-  
retur. Ut ut est (dubitare enim malo,  
quam statuere) deuio certum hunc  
numerum eadem caussa reddidit in-  
certum, id est bella civilia, quæ post

F Cæs

Cæsar is necem exarserunt. Sed eum Augustus ita denuo coarctavit, ut tam pateret latius, quam antea, & paullo plures CC. Millibus essent, qui accipiebant publicum frumentum. Ipse met testis in breviario rerum à se gestarum, & impensarum, quas in Rempublicam, & P. R. fecit: cuius capita quædam non abs re erit ascribere, & examinare.

I. ITERUM. ÆRE. MEO.  
VIRITIM. CONSUL. UNDECIMUM. DUODECIM.  
FRUMENTATIONES.  
FRUMENTO. PRIVATIM.  
COEMPTO. EMENSUS.  
SUM. ET. TRIBUNITIA.  
POTESTATE. DUODECIMUM. QVADRINGENOS.  
NUMMOS. TERTIUM.  
VIRITIM. DEDI. QVALIA.  
MEA. CONGIARIA. FRUMENTI.... NUM. NUNQVAM. MINUS QVINQVA-

QVAGINTA. ET. DU-  
CENTA....SIA.

II. CONSUL. TERTIUM.  
DECIMUM. SEXAGENOS.  
DENARIOS. PLEBI. QVÆ.  
TUM. FRUMENTUM.  
PUBLICUM. ACCE.. DEDI.  
EA. MILLIA. HOMINUM.  
PAULLO. PLURA. QVAM.  
DUCENTA. FUERUNT.

In II. capite expressus est numerus  
accipientium publicum frumentum.  
Ea millia hominum paullo plura,  
quam ducenta fuerunt. Augustus XIII.  
consulatu , quem gessit anno V. C.  
DCCLII. largitus est singulis dena-  
rios sexagenos , cum L. filium suo ty-  
rocinio deduxit in forum. Idem pro-  
pe numerus est apud Dionem libro  
LV. δὲ Αὐγούστῳ τὸ τῶν λίμου τοῦ σι-  
τεδοτομένου πλῆνος ἀόριστον ὅν, ἐς εἴκοσι  
μυριάδας κατέχεσε, καὶ ὥστε τὸν λέ-  
γοντινον, καθ' ἧντα ἔγκυντα ἀγαρχὰς ἐδε-  
κε. Augustus frumentantium multitudinem  
minime certam ad M. CC. rede-

git, & viriim sexagenos denarios , ut  
quidam auctores sunt, dedit. Quam-  
quam autem hunc recensum factum  
Dio tradit anno V.C. DCCXLIX.  
C. Antistio Veiere, & Lælio Balbo  
Cossi idest quadriennio ante XIII.  
Augusti consulatum, non tamen ab e-  
20 jus breviario dissentit. Hoc enim tan-  
tum dicit Augustus, se consulem deci-  
mum tertium , congiarium dedisse  
plebi, quæ per id tempus frumentum  
accipiebat : nec video , unde Lipsius  
21 expiscetur, factum ab eo hoc anno po-  
puli recensum. Immo illis verbis.  
PLEBI. ROMANÆ. QVÆ.  
TUM. FRUMENTUM. PU-  
BLICUM. ACCIPIEBAT. (sic  
enim censeo lacunam illam explen-  
dam) non obscure videtur significare  
solitam per ea tempora accipere tan-  
tam multitudinem , non autem à se  
tum primum redactam ad M. CC.  
Non solum igitur non erravit Dio,  
sed prodidit etiam accuratestime, quo  
primum anno recensus sit factus.  
Quod

Quod autem addit de drachmis LX.  
valde vereor, ne Lipsio errandi ansam  
præbuerit. Nam prima fronte id esse,  
quo de hic agit Augustus, congiarium  
videtur. At hoc datum est XIIII. con-  
sulatu: eodem igitur populus recen-  
sus. Procederent recte omnia, si i-  
dem esset congiarium; sed non est,  
imo aliud, quod ex quorundam sen-  
tentia præter hoc dedit Augustus,  
quadriennio ante decimum tertium  
consulatum, cum plebem recensuit.  
Cum igitur ab aliis historicis gravibus  
fortasse, neque indiligentibus id me-  
moriæ proditum reperisset Dio; con-  
tra in hoc Augusti breviario, quo non  
dubito, quin sit usus, nullam ejus men-  
tionem: tunc cepit consilium, ut de-  
fugeret auctoritatem, & habere se  
scriberet auctores hujus rei, affirma-  
turus eam certius, si ab ipso Augusto  
proditam reperisset. Hæc dici pos-  
sunt pro Dione ἀντιχρονία μου reo. Su-  
perest levis in numero accipientium  
varietas. Nam Dio M.CC. fuisse tra-

dit; Augustus paullo plura. Dicerem  
positam à Dione summam rotundam,  
ut sæpe alias ab omnibus scriptoribus,  
ni proclive esset conjicere nonnullos  
eo quadriennio receptos ultra illam  
certam ac definitam multitudinem.  
De numero autem accipientium ante  
recensum nihil habeo, quod liqueat.  
Dio cum scribit fuisse τῶνδος ἀριστῶν,  
satis indicat ob eam præcipue causam  
à se omitti, quod fuerit semper  
varius & incertus. Sed tamen cum  
recensus est actus, quantus fuit? Vir  
doctissimus optime de multis veteri-  
bus scriptoribus meritus, de congiari-  
o scribens, quod in his fragmentis  
prodit Augustus à se datum trecentis  
viginti millibus plebis urbanæ, suspi-  
catur, quamquam ad congiaria, quam  
ad frumentationes major hominum  
numerus admittebatur, tamen etiam  
frumentum accipientium ante Augu-  
sti constitutionem hunc numerum fu-  
isse. Neque habeo cur probem, ne-  
que cur rejiciam hanc suspicionem.

Hoc

Hoc tantum noto, datum id congiari-  
um anno V.C. DCCXLIX. cum supe-  
riore factus esset recensus. Fortasse  
igitur nihil huic multitudini cum ea,  
quam quærimus, rei est.

Priore fragmenti hujus capite (li-  
buit enim in eo describendo sequi Au-  
gusti ordinem, in explicando autem  
nostrum) eorum numerus continetur,  
qui acceperunt frumentum privata  
pecunia coemptum ab Augusto. Quæ  
autem in eo sunt corrupta & mutila,  
possunt pristinæ integritati, aut saltem  
tententia restitui ad hunc modum.

QVÆ. M E A. CONGIARIA.  
ET. FRUMENTUM. ACCE-  
PERUNT. H O M I N U M.  
N V N Q V A M. M I N V S.  
Q V I N Q V A G I N T A. E T.  
D V C E N T A. M I L L I A. Nam  
a capite superiore, cuius initium est  
L I B R I. R O M A N I. sive ut  
arbitror reponendum, P L E B I.  
R O M A N Æ. usque ad hoc Augu-  
stus nummarias & frumentarias largi-

tiones exsequitur. Supplevi autem  
ACCEPERUNT. HOMINUM.  
iis rejectis, quæ ad hanc lacunam ex-  
plendam Lipsius affert, quia visus sum  
mihi sequi Augustum ducem, ejusque  
vestigiis insistere. Nam duo sunt in  
largitionibus singulis præcipua, quæ  
ille sibi memoriæ mandanda proposu-  
it; quid dederit, & quam multis de-  
derit. Cum igitur se duodecim fru-  
mentationes emensum jam dixisset,  
proximum erat, ut eorum ascriberet  
numerum, qui acceperant. Quam-  
quam autem his addi tertium caput  
potest, quantum dederit; hoc tamen in  
solis expressum nummariis largitio-  
nibus videmus. Ubi enim certus e-  
rat frumenti numerus apponendus,  
satis habuit Augustus scribere infinite,  
datas à se duodecim frumentationes.  
Id quod ex horum fragmentorum in-  
ter se collatione verum esse constabit.

22 Non possum igitur Lipsio assentiri,  
qui hunc locum ita legit. QVALI.  
MEO. CONGIARIO. FRU-  
MEN.

MENTI. MODIUM. NUN-  
QVAM. MINUS. QVINQVA-  
GINTA. ET. DUCENTA. MIL-  
LIA. Non solum quia non assequor,  
quid sibi velit his verbis; utrum da-  
tum singulis modium, an vero nun-  
quam minus largitionibus singulis ef-  
fusum ducentis quinquaginta modi-  
um millibus: verum etiam quia multis  
partibus majores sunt, & digniores  
Augusti liberalitate, ac prædicatione  
largitiones, quæ numero accipienti-  
um significantur. Nam ducenta quin-  
quaginta modium millia, ut singulis  
dati fuerint modii quini, acceperunt  
hominum quinquaginta millia: at ex  
nostra emendatione frumentum, & o-  
mnia congiaria, de quibus supra facta  
erat mentio (nam hic numerus perti-  
net ad omnia) nunquam minus acce-  
perunt hominum CCL. M. Neque  
hæc modo, sed multa præterea me ad-  
ducunt ad rejiciendam æque illam al-  
teram ejusdem emendationem.  
**FRUMENTANTUM. NVM. NVN-**  
**QVAM.**

QVAM. MINVS. QVINQVA-  
GINTA. ET. DVCENTA. MID-  
LIA. Namque Augustum tam per-  
verse loquutum nemihī unquam po-  
terit persuaderi, qui Suetonium lege-  
rit capite LXXXVI. Illene ita loqua-  
tur, & eleganter se loqui prædicet?  
Illene vitet ineptias, qui sensa animi  
sui verbis illis exprimit apertius,  
quam his? FRVMENTANTIVM.  
NUMERVS. NUNQV A M.  
MINOR. DVCENTIS. QVIN-  
QVAGINTA. MILLIBVS. His  
adde, quod non esse præteritum nu-  
merum eorum, quibus pecuniam erat  
dilargitus, clament reliqua omnia  
breviarii hujus fragmenta. At is,  
qui sit expressus, non video. Sed &  
illa compendiaria nota NUM. aliena  
esse huic tabule videtur. Postre-  
mo una eademque ratione potest ut-  
traque emendatio jugulari. Cum e-  
nim duæ sint capitib; partes, prior de  
frumentaria, posterior de nummaria  
largitione, atque huic non illi corru-

pta hæc verba subjiciantur, cur sola  
frumentatione concluditur? cur hæc  
transferuntur in locum alienum, quæ  
possunt commode collocari in suo?  
sed de his jam nimis multa. Permitta-  
mus rem totam judicio eruditorum,  
& ab Augusto ad Tiberium transfea-  
mus, à quo auctum numerum accipi-  
entium frumentum colligit Lipsius ex  
his Taciti verbis lib. VI. iisdem Coff.  
(Cn. Domitio & M. Furio anno V.C.  
DCCXXCV.) gravitate annonæ juxta  
seditionē ventus. Multiq; plures per  
dies in theatro licentius efflagitata, quam  
soliū adversus Imperatorem. Quæis com-  
motus incusavis magistratus Patresq;  
quod non publica auctoritate populum  
coercuiſſent: addiditq; quibus è provin-  
ciis. & quanto majorem quam Augustus  
rei frumentariæ copiam adveſtaret. Si  
auxit, inquit Lipsius, numerum frumen-  
ti, ergo & frumentantium. Præclare: si  
quidquid frumenti Romanam advehendū  
Tiberius curabat, largitionibus  
effundebat. Sed eū arbitror omniū ur-

colentium commodis consuluisse, item ut Augustum, qui suscepta rei frumentariæ procuratione, Pompeji exemplo civitati universæ commatum sappeditavit: imo habuit etiam frumentum vœnale, ut Suetonii testimonio supra confirmavimus. Hoc igitur munus una cum imperio, cui erat annexum, cum suscepisset Tiberius, incidissetq; aliquando caritas annona, prope abfuit populus à seditione facienda, non tamen in theatro abstinuit à verborum licentia, & ab efflagitanda aut cura majore in advectione frumenti, aut aliqua largitione. Hanc eo tempore minime populari, aut liberali seni, qualem eum discribit Suetonius, exprimere non potuit: illam, quanta esset, Tiberias ostendit, cum in vecto in urbem è multis provinciis ingenti frumenti numero victum docuit à se ipsum Augustum. Hæc mihi verborum Taciti apertissima, & minime dubia videtur sententia, quam eo amplectior libentius, quod inani ac le-

vi usus esset excusatione Tiberius, si  
verbum ullum de aucto à se numero  
frumentantium fecisset. Quid enim  
tu quasi in specula constitutus, ut ex-  
cubes, & invigiles pro Populo Ro-  
mano universo, de que operam ne in-  
opia prematur rei frumentariæ, defun-  
ctum te putas munere tuo, admissa  
quota plebis parte ad publicas fru-  
mentationes? Dabat Augustus anno  
nam gratuitam millibus ducentis: Tu  
numerum auxisti: fac esse trecenta.  
Reliqua multitudo urbem colentium  
ea major, quam tu alis, amplius duode-  
cim partibus quid faciet? quis illi  
prospiciet? à quo annonam efflagita-  
bit? An à Præfecto? at nos te huic  
eurationi præfecimus. Tu vide, cui  
mandaris, atque atque ab eo, diligen-  
tiam exige, quam tu nobis debes. Hæc  
in Tiberium frivola excusatione cul-  
pam suam prætexentem jactare potuit  
plebs Romana: quamobrem ipse al-  
teram arripuit, à qua non sunt aliena,  
quæ apud Tacitum legimus lib. IV.

*Ple-*

Plebes acris quidem annona fatigabatur,  
sed nulla in eo culpa ex Principe. Quin  
infecundis anni terrarum, aut asperis ma-  
ris obviam iis, quantum impendio dili-  
gentiaq[ue] poterat. Atque hac ratione  
plebi tatisfacere Tiberius conatus  
est, non mentione ulla frumentariæ  
largitionis. Post Augustum Nero,  
quod quidem memorie proditum sit,  
primus frumentantium numerum au-  
xit, donato militibus Praetorianis, qui  
erant eo saeculo minimum decem mil-  
lia, frumento gratuito, quo ante ex  
modo annonæ utebantur, ut scribit  
Tacitus lib. XV. & Suetonius in Ne-  
rone capite X. Ab hoc tempore nihil  
certi reperio usque ad imperium Se-  
veri, qui quam multis dederit publi-  
cum frumentum, non obscure docet  
Xiphilinus his verbis. ὁ δὲ Σεβῖπος  
ἔτι τῆς δεκατριάδος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδω-  
πίσατο τῶν δύλων πατέρων τῶν στοδοτού-  
μενών (ita enim legendum, non στό-  
δομένον, ut habent optimi etiam co-  
dices impressi) καὶ τοῖς ερατιώτατοῖς  
δορ-

δερυφόροις ιαπιθμους τοῖς τῆς ἴγεμονίας  
ἔτσι χρυσοῦς. id est. Severus cum de-  
cennalia imperii celebraret, universæ  
frumentantium multitudini, militibusq;  
Prætorianis tot annos donavit, quot  
annos imperaverat. Et mox eis τὴν δω-  
ρεὰν ταύτην πεντακισχίλαιη μυριάδες  
ἀργυρῶν αὐνλώδησαν id est. In id con-  
giarium quinque mille drachmarum  
myriades sunt erogatæ. Quinqies  
mille drachmarum myriades sunt  
denarium quingenties centena millia,  
aut more Romano HS.bis millies, au-  
reorum nostrorum quinque milliones  
ut vocant, veterum autem duntaxat vi-  
cies centena millia. Si igitur deni sunt  
singulis dati, accepere id congiarium  
hominum rotunde millia ducenta, to-  
tidemque per ea tempora publicum  
frumentum. Hæc mihi haud paullo  
certior frumentantium multitudinis  
Severo imperante investigandæ ratio  
videtur, quam ea, qua usi viri doctissi-  
mi è Spartiani verbis ad millia sexcen-  
ta accessisse collegerunt. Hic observo,  
quam

quamquam modo non par fuit numerus eorum, qui gratuitam annonam accipiebant ab Augusto & Severo; id tamen fuisse discriminis, quod ille Quiritibus tantum dabat, hic milibus etiam Prætorianis, qui si fuerunt per ea tempora quadraginta millia, ut Lipsio placet, Quiritium numerum redactum oportuit ad M. CLX. Hujus rei prima initia non comperi: suspicor tamen cœptum minui à Nerone plebis numerum, cum anno imperii X. sustulit, ut dixi, publicam frumentationem, XI. autem gratuitam annonam Prætorianis dedit. Ejus vestigia reliqui, opinor, Imperatores sequuti. Quæret quispiam, fueritne ullum tempus, cum cives omnes caperent publicum frumentum. Non videtur; & Senecæ locus lib. IV. de beneficiis capite XXVII. qui obstat videbatur, fuit egregie à Lipsio in Admirandis explicatus. Neque est quod quisquam commoveatur iis largitionibus, quæ ante legem Semproniam sunt factæ,

in

in quibus memoriæ mandandis Plinius & Livius quasi de industria & composito utuntur populi nomine, quo uno cives omnes continentur. Plebem enim eo significatam suis docebunt cum alii multi, tum vero Livii libro II. & Valerii Maximi lib. IV. capite IV. de Agrippæ Menenii paupertate loci inter se collati. Hæc de accipientium numero observabam.

*De iis, qui curabant publicum frumentum. Cap. VII.*

**C**VM de iis dixerimus, qui accipiebant publicum frumentum, proximum est, de iis ut quæramus, quibus commissa erat curatio ac distributio. Et curatio quidem fuit uno verbo eorum, quibus Romæ imposta erat publica annona, quos qui fuerint paucis expediam. Regibus pulsis rem suscepit Senatus; mox Aedilibus plebis hæc Reipublicæ pars mandata est; semel

semel extra ordinem ad L. Minucium,  
deinde ad Aediles curules translata,  
diuque gesta præclare, usque ad legem  
Semproniam, qua lege Gracchus an  
Aedilium curulium operam repudia-  
rit, & ad alios hanc curationem tran-  
stulerit, non habeo dicere. Sane post  
legem Terentiam, quæ fuit Sempro-  
nia quinquaginta annis recentior,  
Prætorem de majestate curam gessisse  
publici frumenti constat ex Pædiani  
argumento in Cornelianam. Ubi hæc  
leguntur. Detulit nomen (C. Cornelii)  
Publius, subscriptus Caius; & cum L.  
Cassius Prætor decimo die, ut mos est,  
adesse jussisset, eoq; die ipse non affuisset,  
seu avocatus propter publici frumenti  
curam, seu gratificans reo: cum iis, quæ  
sequuntur. L. Cassius Prætor fuit M.  
Lepido, & L. Volcatio Coss: anno V.C.  
DCXXCVII. id est septennio post la-  
tam legem Terentiam: ut mihi veniat  
in mentem suspicari, si Aediles curules  
frumentaria procuratione altera ha-  
rum legum soluti sunt, Terentia poti-  
us,

us, quam Sempronia solutos. Nam Gracchum infensum Patribus , quis credat gratiam ejus legis,qua reddere plebem sibi obnoxiam parabat, cum Prætore communicasse ? Terentium contra veri admodum simile est,aucto mirum in modum lege sua numero frumenti urbi inferendi,ejusque largitione revocata, majorem magistratum ei curationi præficiendum putasse,non solum ut provinciam hanc administraret majore auctoritate, verum etiam ut esset in potestate Senatus. Terentiæ successit lex Clodia , qua Sex Clodio homini impurissimo quidquid uspiā frumenti fuit,traditū est. Cicero pro Domo sua. Scilicet tu homini egenissimo, & facinorissimo Sex. Clodio omne frumentum privatum & publicū, omnes provincias frumentarias, omnes manipes, omnes horreorum claves lege tua tradi disti. Et mox. Quæritur etiā importuna pestis ex ore impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse eruptā, summisq; in periculis ejus viri auxilium implorasse

Rem-

Rēpublicam, à quo sēpe se & servatam, & amplificatam ēssememiniſſet. Is autem summus vir erat Cn: Pompejus, cui extra ordinem anno V. C. DCXCVI. altero à lege Clodia potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum per quinquennium data est, Cicero nō suadente, nuper ab eo in patriam restituto. Procuravit igitur annonam Pompejus usque ad annum ab V. C. DCCI. quo Prætoribus denuo ēsse hoc onus impositum suspicor, non affirmo. Creati deinde sunt a Cæſare Dictatore Prætores duo, totidemque Aediles Cereales anno V. C. DCCIX. eodemque anno Brutus & Cassius Prætores, ille inter cives, hic inter peregrinos cum Cæſare cæſo jurisdictione urbana abstinerent, neque ire ante tempus in provinciam honestum ac decorum putarent S. C. extra ordinem ita rei frumentariæ sunt præfecti, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum, & ad urbem mittendum curarent. Quā illi curatione

ut contumeliosa & sordida usi non videntur. Appianus civilium III. Ciceron XV. ad Atticum epistola IX. & sequentibus. Anno ab V.C.DCCXXXI. plebs Augustum concit su ad eum facto stimulante fame, annonæ prorationem suscipere coegerit. Sed eo adhuc superstite alter creatus est annonæ Praefectus, qui utrum Augusto se ultro abdicanti successerit, an vero sit ascitus ab eo tanquam collega in hac procriptione, nemo, quod sciam, veterum tradidit. Illud constat Augustum aliena opera usum in hoc negotio. Tradit enim Suetonius capite VIII. Tiberium civilium officiorum rudimentis administrasse curam annonæ, quæ arctior inciderat. Porro illa rudimenta quæ fuerint, docet Vellejus.

*Quæstor undevicesimum annum agens capessere cœpit Rem publicam, maximamq; difficultatem annonæ ac rei frumentariæ inopiam Ostiæ, atque in urbe mandato vitri ci moderatus est. Jam nemo non videt Augustum annonæ*

Prae-

Præfectum imposuisse Tiberio quæstori partes suas , & quidem eo ipso anno, quo eas suscepserat. Quamquam enim Velleius, unde cœlestium annum cum ageret, Quæstorem Tiberium fuisse prodit, annos tamen exactos numerat, non eum, quem attigerat, cum quæsturam iniit, qui fuit revera vicesimus, in eum ipsum incurrens, quo Augusto rei frumentariæ cura mandata est. Quare prope est, ut affirmem Turranium etiam, quem Præfectum annonæ Tacitus vocat

25 lib. I. Annalium, curatorem potius, & quasi vicarium Augulti fasile, atque hinc factum, ut in verba Tiberii jurarit inter primos post Præfectum Prætorii, ut ibidem Tacitus notat. Cujus rei illud quoque est argumen-  
to, quod neque Principes unquam hanc curam exuerunt, quæ fuit in-  
ter maxima imperii firmamenta; &  
plebs fame pressa non à Præfecto  
annonæ, sed à Principe frugum co-  
piam exegit. Vidimus supra quan-  
tis

tis animis in Tiberium jam rerum potitum plebs ierit in fame.

Claudium vero jus medio foro dicentem ita circumvasit clamoribus turbidis, & fragminibus panis appetiit, ut septras militum globo ægre se in Palatium reciperet, ut scribit Tacitus libro XII. & Suetonius capite XVII I. qui addit Claudium commotum hac seditione nihil non excogitasse ad invicendos etiam tempore hiberno commeatus. Quare & negotiatoribus certa lucra proposuisse, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset: & naves mercaturæ caussa fabricantibus magna commoda constituisse. Cum tamen Claudio imperante anno næ Praefectus esset Turranius ex Tacito libro XI. Ad hæc Antoninum cognomento Pium ob inopiæ frumentariæ suspicionem lapidibus à plebe Romana petitum narrat Victor. Quibus seditionibus admoniti Imperatores muneris sui, rei frumentariæ studio-

studiosissime prospexerunt. Testes  
nummi veteres, quorum multi extant  
cum hac inscriptione. ANNONA.  
**A**VGVSTA. id est Imperatore curan-  
te copiose urbi illata. De his nammis  
legendus Antonius Augustinus Dia-  
logo. II. Testes etiam sunt veteres  
scriptores, quorum Plinius in Pane-  
gyrico Trajanum hoc nomine miris  
in cœlum laudibus evehit. Xiphilinus  
in Pertinace scriptum reliquit, cum  
Lætus in eum conjuravit, & Falconem  
consulem Imperatorem creavit, Per-  
tinacem ad mare fuisse commeatum  
inspicientem. Severus denique tan-  
tam rei frumentariæ curam gescit, ut  
septem annorum canonem moriens  
reliquerit, ita ut quotidie LXXV. mo-  
dium millia expendi possent. Auctor  
Spartianus. Quæ autem hoc loco  
sunt à me collecta ad confirmandam  
superiorem illam conjecturam meam,  
qui perpenderit, is fortasse Præfectum  
annonæ appellatum, re ipsa curatorem  
& vicarium Principis fuisse mihi af-  
sen-

sentietur. Cum præsertim accedat superioribus non leve argumentum, quod aucta adeo Præfecti prætorii auctoritate, ut imperium tantum non vice sacra moderaretur, ferret certe molem omnium curarum, hæc quoq; procuratio ei delata est. *Tricias enim copias*, ut est apud Cassiodorum in formula Præf. annonæ, *Præfectura prætoriana procurat*. Qui igitur frumenta in urbem convehenda curarunt, hi sunt.

*De his qui frumentum distribuerunt.*  
Cap. IX.

**F**Rumentum publicum plebi distri-  
buere aliis alii temporibus. Dum  
stetit Respublica, iisdem ferme, qui  
annonam procurabant; Ædiles plebis,  
Curules, L. Minutius extra ordinem,  
ut jam demonstravimus. Lege Sem-  
pronia quis distribuerit nō liquet: sed  
Gracchum ipsum præfuisse, aut saltem  
adfuisse, cum frumentum plebi dare-  
tur, ex iis intelligimus Ciceronis ver-  
bis Tusculana. II. quæ capite VI. re-  
citavi-

citavimus. Post legem Terentiam, ut curam gessisse publici frumenti Prætorem, ita etiam distribuendum curasse veri haud absimile est. Post Clodium Pompejus extraordinaria annona præfectura frumentum etiam donavit, auctore Dione libro XXXIX. Biennio post, anno V. C. DCCIII. C. Curio tribunus plebis legē alimentariam justavit, qua jubebat. Ædiles metiri. Cœlius ad Ciceronē libro VIII. epist. VI. sed eam latam non prodit. Idem legis Viariæ, quæ non dissimilis esset Agrariæ Rulli, eodem loco mentionem facit, de qua non erit abs re Lipsii exemplo pauca obiter disputare. Sunt, qui eam legem vocent Vivariam, quæ quid fuerit, certa conjectura non assequor: nisi forte ab eo, quod est vivere, nomen invenit, sicutque alimentariæ similis, quod utraque de rebus ad viatum necessariis erat promulgata; quod tamen ex iis, quæ mox dicam, falsum esse constabit. Aliis placet legem fuisse Vinariam; Sed quæ comparatio, inquit Lipsius

Lipsius, erit vini ad agros? & repugnat res ipsa, sicut in viis. Ego vero divisa Lipsii sententia, quatenus fuisse vinarium negat, assentior: quod esse quidquam in his rationibus momenti putat, eo in alia omnia. Ipse Vinearium scribit, ut lex Curionis ad divisionem pertinuerit, quæ in Italia, & Campania præsertim multæ, sicut illa Rulli ad agrorum. Sed quid argutamur? quid conjecturis rem certam atque exploratam indagatum imus? Sane Appianus lib. II. de bello civili hæc habet. ὁ δὲ Κουρίων εἰσηγεῖ τὸ Βαρούτατος ὄδόν γε πολλῶν ἐπισκευάστε, καὶ κατασκευάστε, καὶ τοὺς ἐπισάτην ἀντεῖπτι πενταετεῖς εἴναι. Curio ferebat ad populum de muniendis ac reficiendis viis, hanc sibi curationem in quinquennium depositens. Hæc aperi- tissime de Viaria lege, non de Vinearia sunt scripta: illa non multo obscurius à Cicerone lib. VI. ad Atticum epist. I. extrema. Vedius venit mihi obviam, cum duobus eßedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna, pro qua,

si Curio legem pertulerit, sestertia centena pendat necesse est. Hæc satis docent, quamobrem dixerit Cœlius legem Curionis Viariam similem Agrariæ Rulli fuisse. Nam Rullus quoque creari se lege sua volebat Decemvirum agris dividundis. Cicero Agraria II. Quos tandem igitur Decemviro creari vult? se primum. Dabatur eadem lege Decemviris potestas in quinquennium. Cicero ibidem. *Dat præterea potestatem verbo prætoriam, revera regiam; definit in quinquennium, facit semperitnam.* Quin etiam Rullus corrasa undique publice ac privatim pecunia montes auri spe devorarat, quibus inhiasset etiam Curionem Cicero significat. Atque hæc meo iudicio sunt capita, à quibus legū Agrariæ & Viariæ duocenda similitudo est: quæ multo essent plura, si de Curionis lege aut à pluribus, qui ad nos pervenissent, veteribus scriptoribus, aut ab his, quos lavavimus, plura essent prodita. Quæ tamen accepimus, ejusmodi sunt, ut concicere

jicere liceat, pleraque omnia ex Agraria Rulli in Viariā Curionis esse transflata, ut Decemviratum, ut ornamen-ta, ut potestatem non modo id Italia, sed etiam in provinciis, & alia in gen-nus. Quæ si vera sunt, ab iis etiam dis-sentiamus necesse est, qui legem Viari-am fuisse ajunt, qua numerus jumen-torum, vehicularum, servorum civi-bus ad iter faciendum est definitus: quasi vero id sit vias munire ac sterne-re, de quo promulgata, ut ait Appia-nus, à Curione rogatio est. Sed rede-amus è diverticulo in viam. Ut igitur dicere cœperam, Curio una cum Via-ria, legem etiam alimentariam ja-sta-vit, qua jubebat Ædiles metiri. C. Cæ-sar Ædilibus suis Cerealibus id nego-tii, an mandarit obscurum est. Augu-stus anno V. C. DCCXXXI. cum an-nonæ est Præfector, instituit, ut alii frumentum ad urbem advehendum curarent, alii dividerent; quo plures partem Reipublicæ caperent ex Sue-tonio capite XXXVII. Hi principio

duo tantum fuerunt lecti ex eoram numero, qui ante quinquennium prætura-  
ram gessissent. Dio initio libri LIV. sed  
quinto post anno Augustus numerum  
auxit, instituitque ut magistratus sin-  
guli singulos ante triennium prætura-  
functos nominarent, è quibus quatuor  
forte legerentur, qui in dividendo fru-  
mento sibi invicem succederent, eo-  
dē auctore in actis anni DCCXXXVI.  
Iterum anno DCCLIX. in maximis  
annonæ difficultatibus viros consula-  
res extra ordinem huic, ut arbitror, cu-  
rationi præfecit. Quamquam non ne-  
go, curatores etiam esse potuisse. De  
superioribus illis præfectis frumento  
dando, adtribuendo, præter veteres in-  
scriptiones, est apud Frontinum libro  
de Aqueductibus. II. locus saue dignus  
qui describatur. Ex eo enim ut ornati  
sint, intelligere licebit. Censuerunt pla-  
cere huic ordini, eos qui aquis publicis præ-  
cessent, cum ejus rei caussa extra urbem  
essent, lictores binos, & servos publicos ter-  
nos, architectos singulos, & scribas libra-  
rios,

rios accensos, præconesq; totidem habere,  
quot habent ii, per quos frumentū plebi  
datur. Et paucis interje&is. Utq; quibus  
apparitoribus ex hoc S. C. curatoribus a-  
quarum utiliceret, eos diebus decem prox-  
imis, quibus S. C. factū esset, ad ærariū  
deferrent: quiq; ita delati essent, ius præ-  
tores ærarii mercedem, cibaria, quantæ  
præfecti frumento dando (Ursinus legit.  
quanta præfectis frumento) dare, defer-  
re&q; solent, annua darent, & attribue-  
rent. Verba sunt veteris S. C. Augusti  
ævo facti, Q. Ælio Tuberone, & P. Fa-  
bio Maximo iterum Coss: quæ verba  
obiter docent apparitoribus magistra-  
tuum frumentum datum, certumque  
per ea tempora, & quasi solennem ejus  
modum fuisse. Post hæc tempora non  
memini me quidquam observare. Ad  
panē quod attinet, Valentiano, Va-  
lente, & Gratiano imperantibus a Præ-  
fecto annonæ est distributus, ut legi-  
mus in Codicis Theodosiani titulis.  
De Canone frumentario urbis Romæ &  
De annonis civilibus & pane gradili.

## De frumentariis provinciis. Cap. X.

Postrema supereft disputationis pars  
de frumentariis provinciis, de iis  
scilicet, quæ & frumenti erant feraces,  
& magnū ejus numerum populo Ro-  
mano suppeditabant. Præcipuæ fuere  
Sicilia, Africa, Sardania, Hispania,  
Beotia, Macedonia, Chersonesus, Afia,  
Syria, Ægyptus, è quibus omnibus, si  
Ægyptum excipias ab Augusto pro-  
vinciam factam, cum stante Republia,  
rum vero etiam collapsa frumentum  
Romam adveatum est, aut publicum  
ex vestigalibus, aut S. C. coemptum,  
aut privatum à mercatoribus, quod in-  
terdum fiscus emebat. Harum provin-  
ciarum meminit Cicero frumentaria  
in Verrem, & pro lege Manilia, ubi Si-  
ciliam, Africam, Sardaniam tria fuisse  
testatur frumentaria subsidia Reipu-  
blicæ. Ad Atticum lib. XV. epistol. IX.  
& sequenti, Varro de re Rustica, Liviu-  
s multis locis, Plinius libro XVIII.  
capite VII. uno verbo pleriq; omnes  
Greco

Græci & Latini rerum Romanarum scriptores, qui tamen tres præcipue celebrant, Siciliam, Africam, Ægyptum, è quibus ingentem frumenti numerum quotannis Romæ illatum credere par est. Atque ex Sicilia quidem, quam M. Cato ille sapiens cellam penariam Reipublicæ, nutricem plebis Romanæ nominavit, ut auctor est Cicero in Verrem jurisdictione Sisiliensi, aut decumarum, aut emptionis nomine advecta Rōmam quotannis ad octuagies bis centena modium millia fuisse inteligitur ex eadem Ciceronis frumentaria. Ex iis DCCC. modium sicularum, quæ DCCCCLX. sunt Romanorum millia lege Terentia importata ad largitiones faciendas supra diximus, quæ, si verum est accepisse hac lege publicū frumentum ad LX. hominum M. tres paullo amplius menses plebem Romanam alverunt, cum essent menstrua largitio CCC. M. modiorum. Africani autem frumenti modum putat Lipsius <sup>29</sup> memorie mandatum à Plutarcho in

Ḡ

Cæ.

Cæsare, quem vieto Scipione gloriatur  
prodit, regionem, quam subegerat, ta-  
lēm esse ac tantam, ut ex ea quotannis  
vestigalis nomine Populus Romanus  
præter olei pondo tricies centena M.  
percepturus esset frumenti C.C.M. me-  
dimnum Atticorum, quæ sunt modium  
Romanorum duodecies centena M.  
Sed cui poterit persuaderi tam exigui-  
uni vestigal exactum ab Africa univer-  
sa? Ne quis ergo temere accuset Plu-  
tarachum, intelligendum est hæc ab eo  
scripta de quibusdam tantum Africæ  
urbibus. Et quidem ingentem illam  
olei summam exactam à solis Leptita-  
nis tradit aperie auctor commentari-  
orum de bello Africano in calce. Lepti-  
tanos, quorum superioribus annis Juba  
bona diripuerat, & ad Senatum questi-  
per legatos, atq; arbitris à Senatu datis,  
sua receperant, XXX. centenis millibus  
ponderibus olei in annos singulos multati.  
De frumento res est obscurior. Quam-  
quam enim apud eundem scriptorem  
legimus Tisdridanos propter humili-  
tatem

tatem civitatis non pecunia, ut Hadru-  
metanos, & Thapsitanos, sed certo  
frumenti numero multatos; hoc tamen  
annum vestigia non fuerit, non constat.  
Ut ut est, quæ de oleo sunt scripta, eti-  
am frumentum aut ab una ex omnibus,  
aut à paucis Africæ urbibus fuisse ex-  
actum indicant. Quid autem reliquæ  
Africæ urbes, quid Mauritania ab Au-  
gusto provincia facta, quotannis pe-  
penderint, non fuisse consilium Plutar-  
cho ibi tradere. Alio igitur iter conver-  
tendum, est & ipso quidem Lipsio du-  
ce, qui ad hanc rem illustrandam in II.  
de magnitudine R. cap. X. alterum af-  
fert locum Josephi ex oratione Argip-  
pæ ad Judeos, in qua affirmit Africam.  
octo mensibus populum R. alere Æ-  
gyptum quaternis. Quare cum ex Æ-  
gypto Victore teste in Augusto, urbi-  
llata sint annua ducenties centena M.  
modium frumenti, facile intelligitur  
Africam annua circiter quadringenti-  
es centena M. modium pependisse. Ve-  
rum ne bac quidem ratione quidquam.

pro-

promovemus. Cum enim hæc de di-  
versis ætatibus memoriae sint prodita,  
non temere ad unam videntur revoca-  
da. Scripsit hæc Victor de Augusto, à  
quo Ægyptus vectigalis est facta; cen-  
tesimo prope anno post Ægyptum sub-  
actam. Ante igitur quam par vectigal  
sub Augusto & Nerone pependisse hæc  
provinciam constet, nihil ex collatio-  
ne horum locorum erui poterit, quod  
faciat ad rem nostram. Huc accedit,  
2.8 quod suspectus mihi est Josephilocus,  
nec videtur conniventibus oculis præ-  
tereundus. Latet enim fortasse in eo  
maxime insigne & illustre mendaciū,  
quod vero etiam, si quid in eo veri est,  
detrahit fidem. Non nego potuisse fie-  
ri, ut Romam ex Africa quotannis du-  
plo major, quam ex Ægypto frumenti  
numerus invehernetur. Scio enim Afri-  
cam maximam esse, & feracissimam; &  
video, quam frumenti vim dare potue-  
rit uni arbi tertia prope pars orbis ter-  
rarum: id tamen Agrippæ, sive Josepho  
affirmanti quominus credam, facit a  
vero

vero ab horrens ejus dictum de tanta  
annonæ vi Urbi illata ex his duabus  
provinciis, ut an unum victum populo  
R. suppeditarent. Metuo igitur, ne  
Agrippa in hac re ita servierit caussæ  
magis, quam veritati, ut in aliis plerisq;  
in eadem oratione, quas miror Lipsi  
um credere, quam examinare maluisse.  
Potro Agrippam in hac refuisse men  
titum, vel illud documento est, quod si  
Ægyptus & Africa populum R. aluere,  
nil frumenta ex aliis provinciis impor  
tato opus fuit: at illatum Plinius testa  
tar libro XVIII. capite VII. scribens de  
frumento. Ex his generibus, quæ Romæ  
invehuntur, levissimum est Gallicum at  
que è Chersoneso ad vectum. Quippe non  
excedunt in modum vicenas libras, si  
quis granum ipsum ponderet. adjicit Sar  
dum sex libras (qui sex libras legunt, eos  
non sequor) Alexandrinum & trientes.  
hoc & Siculi pondus. Boëtium totam li  
bram adjicit, Africum & dodrantes.  
Hoc frumento ex Gallia Chersoneso,  
Sardinia, Sicilia, Boëotia Roman in  
vecto

vesto, quæro quid factum sit, si solæ Africa & Ægyptus aluere populum R. Quid? quod ne alere quidem potuerunt? Cum sexcenties centena modum M. qui modus fuisse dicitur Africani simul & Ægyptii frumenti à vicies centenis hominum M. fuerint absumpcta: Urbem autem, Lipsio teste (de cuius sententia alias disputabimus) coluerint ad quadragies centena M. Mitto peregrinos, qui dum in urbe moram, quamvis brevem, trahebant, ejus annona utebantur. Volo enim his tribui, quidquid parcebant lautiores, quibus panis obsonii loco erat. Si igitur quæ de Urbis frequentia traduntur, vera sunt, ut sane Lipsio videtur, vix semestria ab Africa & Ægypto alimenta populo R. fuerunt suppeditata. Dicit quispiam Inuria Josephum carpis, qui non de universa Urbem couentum multitudine hæc scripsit, sed de iis tantum qui gratuitum frumentum accipiebant; atque hoc dicit. Africanum & Ægyptium vestigia tantum fuisse,

ut in

ut ingens frumentantium multitudo illo octo, hoc quatuor reliquis anni mensibus aleretur. Velim, qui hac defensione uititur, is me doceat, unde eruat, aut esse hic Agrippae sermonem de largitione, aut Ægyptium præcipue, & Africanum frumentum largitionibus fuisse destinatum. Nam Josephi hic locus & est controversus, & quod gravius est, rejicit à se hanc sententiam. Pugnat enim cum Agrippae consilio apertissime, quod erat docere, levibus Judæos oneribus premi præ aliis prævinciis populo R. subjectis, ex quibus Africa maxime & Ægyptus ingens quotannis vestigal persolvebant. At vestigialis hujus magnitudo ex eo frumenti numero, qui abibat in largitiones, intelligi non potest. Ponamus enī vel trecenta fuisse hominum M. imperante Nerone denos modios quot mensibus capientia (omnia enim in tam bona causa Liphio largiar) subducta ratione, trecenties sexages centena modium M. quotannis donata reperi emus.

emus. Sola igitur Africa non aluit modo populum R. sed tantum etiam frumenti dedit, ut reliqua essent anno vertente quadragies centena modium M., & præterea quidquid dabat Ægyptus; quam summam Josephus cur sibi contemnendam, atq; omittendam putarit, non video; cum tantum frumenti numerum vix quatuor Siciliæ duabus decumis perfolutis suppeditare potuerint. Quod si modus frumenti fuerunt modii quini, quod & verius puto, ne tertia quidem horum vectigalium pars est significata, & sola Ægyptus populū R. aluit. Quid igitur si minus augere, at historica fide æquare verbis studebat vectigalium illorum magnitudinē, is usque adeo minuisse comperietur, ut vel plus paullo dimidio, at omnia largiamur, vel ne tertiam quidem partiē si verisimiliora sequi velimus, significarit. Sic Josephus quoquo se verterit, reprehēdetur. Vedit hoc vir acutissimus, sed huic, qua de agimus, loci hujus interpretationi mirum in modum additus.

ctus, atque ut Josepho opem ferret, Vicitori adhibuit medicinam, & Ægyptū dimidia vectigalis parte levavit. Suspicatus est enim in Victore legendum *ad centies centena modium millia.* Sed Vicitoris locus, mea quidem sententia, integer est: idque adeo ipse indicat, cum fidem iis astruens, quæ de ingenti frumenti numero *ex una provincia Urbi illato* mox erat dicturus, scribit, Augustum, ut annonæ Urbis Ægyptum copiosam efficeret, fossas incuria vetustatis limo clausas labore militum patefecisse, quod à Suetonio quoque capite XVIII. & à Dione libro LI. proditum est. Deinde illa subdit, quæ supra commemoravimus. *Hujus tempore annua Urbi ducenties centena millia frumenti inferebantur*, significans ingentē hanc feracitatem Augusti operibus esse acceptam referendam. Profecto autem si auspiam alibi, in Ægypto fossas purgantibus, & paludes siccantibus ratio operæ constitit. Id reapse expertus est Augusti ævo C. Petronius Ægypti Præf-

ctus,

ctus, non multo post quam provincias  
est facta, de quo Strabo legendus libro  
XVII. haud procul initio. Sed & Aure-  
lianō Princepe, his ipsis operibus in  
Ægypto factis à Probo, qui postea im-  
peravit, tanta est facta ad pristinum ve-  
stigal accessio, ut ex ea panibus in Ur-  
be vñalibus unciam addiderit gratui-  
tam. Sed altera etiam patet ad verita-  
tem via, ut cum Ægipto Siciliam con-  
tendamus. Hæc enim partem Ægypti  
tertiam vix æquat magnitudine pau-  
cosque habet campos, qui fundant cū  
centesimo, aut, si Ciceronem audimus,  
planè nullos, cum seracissimi efficiant  
cum decimo; & tamen bis & septuagi-  
es centena modium Romanorum M.  
quotannis populo R. pependit. Ægy-  
ptum autem triplo majorem, & multis  
partibus fertiliorem ( reddebat enim  
Plinio teste, modius unus centenos ) ne-  
gabimus triplum, imo aliquanto minus  
dare potuisse? Mihi sane in mentem  
venit mirari, non plus etiam dedisse,  
post tantam adhibitā in ea excolenda

ab

ab August, & Petronio diligentia: tan-  
tum abest, ut modum, quem Victor  
memoriæ mandavit minuendum putē.  
Imo sit, ut quomodo hæc à veteribus  
narrantur, videatur Sicilia ut grani  
pondere, sic etiam fertilitate cum Æ-  
gypto certare. Ut enim par fuit tertia  
ejus parti, sic amplius tertiam vestiga-  
lis partem persolvit. Neq; est, quod  
quemquam commoveant duæ decūmæ  
præbitæ à Sicilia. Ægyptum enim tan-  
tundem pependisse prodit Orosius li-  
bro primo cap. VIII. de fame loquens,  
quam Josèphus Ægypto avertit. Hu-  
jus temporis argumentum historiis, fastis-  
que rei centibus, ipsa sibi terra Ægypti  
testis pronuntiat, quæ tunc redacta in po-  
testatem regiam, restitutaq; cultoribus su-  
is ex omni fructu suo usq; ad nunc quinæ  
partis incessabile vestigal exsolvit. Hæc  
dici possunt pro Victoris loco, ad quæ  
corrumpendum ansa dedit frumentaria  
largitio. Sed nil mirum ad eā enī mul-  
ti præterea veterum scriporum loci  
fallo revocātur: ut unus de Tiberio al-  
ter de

de Nerone apud Tacitum, tertius Vopisci de Aureliano, quartus Olympiodori apud Photium. Scribit Olympiodorus post Roman à Gottis captam Albinum Præfectum Urbis ea denuo instaurata scripsisse, non sufficere populo missos commeatus, cum Urbs in dies fieret frequentior: hisque adjecisse diurnum canonē esse quatuordecim millium, ut opinor, modiorum. Hunc Albinus expreſſerat, ut posset conjici ex eo, quanta ad eam diē hominū multitudo in Urbem confluxisset, non ad largitionem ullam significandam, quae sane labante imperio, & Urbe recens vastata insignis fuisset, si donari potuissent. C. hominum millibus modii qui ni menstrui, aut panis, qui in frumenti jampridem successerat, pondo bina millibus CLXXX. De Taciti locis ex libro VI. & XV. Annaliū capite III. & VII. satis disputavi. Vopisci verba ex Aureliani epistola ad Præfectū anno næ in Electis afferuntur, cū tamē à pane gradili frumēti vicario, quo de agitur,

tur, mire sint aliena. His Cassiodori  
locus è libro VI. Varjarum informula  
Præfecti annonæ subjicitur, qui ad pa-  
nem vñalem procul dubio pertinet.  
Eodem Victoris de Trajano referen-  
dus est locus, ut capite IV. ostendi. Sed  
hac de re nimis fortasse multa, modum  
igitur scribendi faciam, si prius mōdi-  
os Romanos, quorum passim in hac di-  
sputatione mentio est facta, revocave-  
ro ad Patavinos: ut quemadmodum  
regionum tabellis modus in angulo  
apponitur, ex quo earum magnitudo,  
urbiumque intervalla cognosci possint:  
sic habeant in calce hujus libelli studi-  
osi antiquitatis, unde intelligant, quan-  
tæ fuerint hæ largitiones, atque in pri-  
mis Ægyptium & Siculum vectigal.  
Unciæ igitur Romanæ veteres octo-  
decim, Patavīnæ libræ majori, quam  
grossam vocant, à subtili ut discerna-  
tur, respondent: ut à Laurentio Pig-  
norio viro haud scio utrum meliore,  
an doctiore, utroque certe nomine  
mīhi clarissimo animadversū est. Quo  
fit,

fit ut sicuti & Alexādrini frumenti modius librarū circiter unius & viginti Romanarū, Patavinas XLV. pepēderit; & modii veterum terni sextario nostro pondo librarū XLII. frumenti non optimæ notæ; modii autē triceni seni modio nostro sextariū duodenū, maximæ aridorum mensuræ, sint pares. Quare Augustus, qui emēsus est quotañis modios sexagenos ducentis hominū millibus, circiter CCCXXXIV. Patavinorū modiū millia est largitus. Et Ægyptiū vestigal, quod Viator expressit, Patavinorū modiū paullo minus DLVI. M. Siculū autē id est binæ decumæ CC. M. ferme æquarit. Sed & illud constat, frumenti vim omnem, quā Augusto imperante feracissima Ægyptus quotannis ferebat, fuisse modiū Patavinorū vices septies centenū octoginta millium; Siculi autē frumenti numerum modium ferme decies centenū M. quæ mihi summæ decantata harū regionū feracitate sane exiguae videtur; tantum abest, de aliquid detrahendum putem.

F I N I S.

mo-  
inti  
erit;  
stro  
op-  
mo-  
mæ  
hare  
mo-  
illi-  
orū  
tiū  
ata-  
J.M.  
M.  
fru-  
pe-  
nis  
ices  
;Si-  
um  
ihi  
era-  
ab-  
o.

VINCENTII CONTARENI  
*De*  
**MILITARI**  
ROMANORUM STIPENDIO  
COMMENTARIUS.

**VINCENTI CONTRARI**  
**MILITARI**  
**ROMANORUM STAN**  
**CONFIRMATORIIS**

P E T R O D U O D O  
E Q V I T I , E T S E N A T O R I  
I L L U S T R I S S I M O .

Vincentius Contarenus S. P. D.

A D E O nihil est DUODE ILL.<sup>mo</sup>  
quod tua efficere singularis humani-  
tatis, virtus, & omnis viro nobili digna-  
doctrina non possit, ut ego quoque te appellare  
audeam, & libellis meis tuum multo cla-  
rissimum nomen præscribere. Me cum dico,  
hominem dico plus nimio, ut tute scis, vere-  
cundum, vix tibi de facie notum, cui aliis  
olim, nunc unis addicto humanioribus litte-  
ris otium est, discere & commenari, quæ do-  
ceat: negotium autem docere, atque edere in  
lucem, quæ didicerit. Tua vero domini in Re-  
pub. consilio atque opera juvanda foris in  
populis juste, & moderate regendis, in lega-  
tionibus ad Reges & Principes obeundis  
summa cum laude spectatur industria. Oti-  
um autem ne ponи quidem potest elegantius.  
Nam quibus studiis a prima adolescentia  
viam tibi ad res abditas, & penitus abstiu-  
fas cognoscendas, bonas a malis, justas ab  
iniquis discernendas munisti, ea nunc quoque  
cum liet, recolis, atque ita me in castris, quod  
ajunt, meis cædis. Hæ me de terrere potue-  
runt;

runt; invitare autem, prietor illa, quæ iniitio  
dixi, quam multa? De facie vix novit? at  
ingenii qualecumque habeat sse:men. Salu-  
tarunt alii, deduxerunt? ego si tempus parsi,  
ut in studiis consumerem, fructum retribuam  
studiorum, quem vindicare suosib[il]i jure potest.  
Officia quibus ejus similes coliatque observa-  
ri solent, in una atque altera urbe non præsti-  
ti? at id præstem, quod hinc DUODI, inde  
LIPSI nomine tanquam geminis alis eve-  
stum rotum peragiet orbem terrarum sita ut  
omnes boni, qui VENETUM nomen, omnes  
docti, qui Lipsium amant, me PETRUM  
DUODUM semper esse admiratum, sem-  
per tacite coluisse intelligent. His ego omni-  
bus humanitatem tuam, & literarum amo-  
rem cum aspergerem, abieci, ut vides, nimi-  
um pudorem, meq[ue] non modo Tibi sed etiam  
orbis terrarum aperire ausus sum. Quod uti-  
nam id tam maturè factum videatur, quam  
spero fore, ut hanc recentem licet exiguum  
veteris meæ in te observaniæ significatio-  
nem boni consulas. Vale.

Paisvii Kal. Augusti. cI cI cIx.

VIN-

# VINCENTII CONTARENII

## DE MILITARI ROMANORUM STIPENDIO

### Commentarius.

*De militari stipendio, quæ tradidit Lipsius libro Electorum primo, & in Commentariis ad Tacitum vera non videri.*

**N**Equo illus est ager, quamlibet improbo agricolæ labore subactus, quin lolii quid, aut herbarum ferat; neq; aurum adeo excoqui potest, nihil ut in eo sit alieni metalli. Haud absimilis humanæ mentis, quæ suapte vinitur ad veritatem ratio est. Ut enim exacuat, quoad ejus fieri potest, aciem suam, interdum tamen cavere sibi a mendacio nequit, quod non blanditur modo veri specie, sed etiam facit, ut quod falsum est, id unum verum esse videatur. Quidquid usquam hominum est, laborat hoc vitio. Fallimur omnes per imprudentiam, & fallimus. Quo minus mirum videri debet, Justum Lipsium, virum aliqui doctissimum, antiquitatis præser-

tim bono natum , lapsum esse iis in locis,  
quibus nemo potuisset usq; ad ejus æta-  
tem citra laplum insistere. De militari  
stipendio apud Romanos vetus inter do-  
ctos quæstio est. Ego inquit audebo cer-  
tum concludere. At quæ illi certa, mihi  
tam dubia videntur , ut putem, ne de in-  
dustria quidem eum tam longe à scopo  
aberrare potuisse. Quoniam autem is  
ego sum , qui humanae huic imbecillitati  
æque ut omnes , aut etiam supra omnes  
esse me obnoxium sentiam & fateri pos-  
sim:libet ponere in medio , quæ faciunt,  
ut Lipsium non audiam, eaq; eruditorum  
judicio subjecere. Pecuniam, frumen-  
tum, vestem uno stipendiis nomine conti-  
neri : pecuniam dari cœptam anno  
**V.C. CCCXLVII.** modum initio exigu-  
um fuisse oraculis Sibyllinis verius est.  
Reliqua habent dubitationem. Græci  
drachmam,qua Romanum denarium sig-  
nificant, dividunt in obolos senos. Poly-  
bius igitur lib. VI. memoriae mandavit  
diurnum stipendum ævo suo fuisse binos  
obolos; ceturionis duplex; equitis drach-  
mam. Obolos duos Lipsius dicit fuisse  
tres ases , eamq; summam haud dubie per  
duos obolos expressam à nobili historico.  
Ego vero duos obolos quinis minimum  
asibus respondere autumo. Utq; me

Plauti

*De Militari Roman. stipendio.* 5

Plauti in *Mosstellaria* locus , de quo mox dicam, non deterret, quin ita sentiam : sic Polybius sive librum , in quo hæc prodidit, sive tempora quibus historiam scripsit, spectemus , in sententia confirmat. A bello enim Punico secundo exorsus, caussisque ejus altissime repetitis , & libro II I. Annibal is in Italiam adventum, & cum alias, tum acceptam ad Cannas à Romanis cladem exequutus , libro demum VI. qua diximus , de militum stipendio scripsit. At anno ante Cannensem pugnam dictatore Fabio denarius senisdenis cooperat assibus æstimari , ut ex Plinio discimus libro XXXIII. cap. III. *Annibale urgente Q. Fabio Maximo dictatore, asses unciales facti : placuitq; denarium XVI. assibus permutari, quinq; octonis, sestertium quaternis.* Fastos nunc si libet, adeamus. Fabium dictatorem anno V.C. DXXXVI. fuisse; cælos ad Cannas Romanos DXXXVII. reperiemus. In his igitur memoriae mandandis qui habitam à Polybio temporum rationem existimat, ei fatendum est, non ternos, sed quinos asses diurnum Romani peditis stipendum fuisse. Quid? quod hæc fortasse non eorum , quibus narrantur , propria temporum fuerunt, sed illis etiam communia , quibus historia scribi coepit est :

H 3.

quod

quod anno post V.C. DXXCV. accidit,  
quo L. Aemilius Paullus Perse divicto  
Macedonum imperium evertit. Id po-  
test intelligi ex libri III. initio, ubi histo-  
riæ terminum statuit regni Macedoniæ  
interitum, qui in annum ab auctâ denarii  
æstimatione. L. incidit: ut qui tanto post  
scribere cœpit, eum sit verisimile, quod  
Romani milites ævo suo stipendium ac-  
ciperent, notasse. Atque hæc mihi ra-  
tio eo videtur firmior, quod quæ prodi-  
tur libro illo VI. Romanæ Reipub. domi-  
bellique administrandæ ratio, in eos et-  
iam, qui sequuntur, libros, aut in operis  
calcem rejici potuit. Neque enim habet  
quidquam eorum temporum, quorum  
narrationi interponitur, proprium ac pe-  
culiare. Qiamquam summo consilio fa-  
ctum à Polybio est, ut hic potissimum  
digressionem eam collocaret, quæ qua-  
si præluceret libris omnibus insequenti-  
bus facem; cognitis jam cum domesti-  
cis, tum bellicis ejus Reip. legibus atque  
institutis, cujus res gestæ littoris manda-  
rentur. His accedit, quod ni idem urgen-  
te bello Punico. II. & confecto Persico  
miles Romanus stipendium accepisset,  
non videtur Polybius fuisse id silentio  
præteritus: cum eorum, quæ muta-  
ta erant, quæque ævo suo secus atque  
olim

De Militari Roman. stipendio. 7

olim siebant, lectorem tam saepe admoneat. Ut autem hunc locum pro virili per purgem, non dissimulabo probari mihi nunquam potuisse obscuram illum, & pugnantem secum temporis significandi rationem, qua usus est Lipsius, cum dixit. *Polybii ætate, id est, sub bellum Punicum secundum, stipendum id fuisse, quod diximus.* Quid enim quæso est : *sub bellum Punicum secundum.* Utrum paullo ante id bellum ? Reclamat Polybius, qui haec narrat post acceptas eo bello tres maximas clades. An eo recens suscepimus ? repugnat Latine loquendi consuetudo. Quanto igitur satius erat removere hunc obicem, ad quem tam multi, quibus fastos consulendi otium non est, possunt offendere, & clare ac dilucide tempora notare ? At res, dicet quispiam, non processisset, neque illa Polybiani, & Plautini loci collatio. Sat scio : neque tamen scripsisse Lipsium ambigue, quo cuiquam fucum faceret, persuaderi mihi unquam patiar. Non cadunt, meo quidem animo, in ejus mores, non in erudititionem fallaciæ. Falsum esse potius credam itidem in hoc, atque in eo, quod addidit. *Polybii ætate rem sic se habuisse.* Nam

Polybius Plinio auctore lib. V. Cap. I. res-  
gessit cum Scipione Aemiliano, à quo e-  
versa Carthago est anno V.C.DCVII. vi-  
xit annos duos & octoginta, ut est apud  
Lucianum in Macrobiis. Fac igitur sep-  
tuagenarium se bello immiscuisse. Redi  
ad fastos: retro annos numera ad primum  
belli Punici secundi, qui fuit V. C.  
I<sup>o</sup>XXXV. Polybium nondum in lucem  
editum fuisse comperies: atque ut ali-  
quanto major natu, quod vix credibile  
cuiquam videatur, bella tractarit, vix na-  
tum. Si igitur de *Polybii* ætate accipien-  
da hæc sunt, ut Lipsio placet, fateamur  
necessæ est, drachmam ab eo senisdenis;  
obolos duos, quinis, ut dixi, assibus fuisse  
æstimatos. Cum autem additur, ad ea,  
quæ refellimus, confirmanda, Plauti è  
Mostellaria locus, valde vereor, ne error  
errore cumuletur. Duos obolos esse tres  
ases doceo, inquit Lipsius, ex Plauto, cuius  
loco primus do lucem in Mostellariz Scena.  
*Iuppiter supremus,*

*Ubi sunt isti plagipatidæ, ferritribaces  
viri?*

*Isti, qui trium nummorum causæ subeunt  
sub falso,*

*Ubi aliqui quindenis hastis corpus trans-  
figi solent?*

*Nam tres nummi hic tres ases, & ad sti-  
pendium*

pendium militare diserta allusio comici servi. Si quanto Urbis anno facta esset haec fabula, aut poeta natus, aut quandiu vixisset, constaret; multo plura fortasse ad interpretationem hanc confutandam suppeterent argumenta. Cum enim Plautum anno V.C.DLXIX. censore Catone è vivis excessisse doceat Cicero de claris oratoribus; si quinquaginta exempli gratia vixisset annos, pulcherrimam fabulam vix toga virili sumpta scripsisset. Annus enim XVII. in eum, quo dictaturam gessit Fabius, incurseret. Sed haec mittamus parum comperta, & in obscurō posita: alia autem certa, & quae refelli vix possit ratione utamur. Nummum & festertium unius ejusdemq; rei plerunque nomen esse apud omnes in confessō est. Non enim sexcenti, sed innumeri plane occurruunt veterum scriptorum loci, qui hoc doceant. Quid si quis tamen testes requirit, ne actum, quod ajunt, again, eum ad Budæi librum I. & II. de affeblegabo. Profecto igitur tres Plauti numinos curtos esse oportuit, si tribus duntaxat assibus una cum Lipsio æstimandi sunt. Integri enim festertii numeri tres ante Fabii dictaturam septenis assibus & semisse; post eam duodenis escent permutati. Præstat igitur, quæ scribitur

bit Plautus, referre ad circum, quo Lipsius quoque referri posse animadvertisit; & duos Polybii obolos, quinos, ut dixi, asses interpretari. Atque hoc fortasse stipendium est, quod auctore Suet. cap. **XXVI.** Cæsar legionibus in perpetuum duplicavit: ita ut militibus quinos asses accipere solitis, denos dederit, & vero etiam dari in perpetuum voluerit. Quamobrem Augustus patrem, pro eo ac debeat, reveritus, cum quidquid ubique militum esset, ad certam stipendiiorum formulam astrinxit, ut Suetonii verbis utar capite **XLIX.** denis in diem assibus nihil detraxit, ac ne addidit quidem, sed duplicato à patre in perpetuum stipendio contentos esse voluit. Sed antequam plura de Augusto dico, pauca de Lipsii suspicione dicenda sunt. Sub Cimbricum bellum, quod exarsit anno V. C. DCXL. factam esse aliquam ad duorum obolorum stipendium accessionem ut suspicetur, faciunt Asconii verba in Cornelianam. **Junius** consul anno V. C. DCXLIV. male rem adversus Cimbros gessit. ac plures leges, quæ per eos annos, quibus haec gerebantur, late erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abrogavit. Frustra enim iisque Lepidius immunutum stipendium, nisi prætermorem auctum. Ut supra nummi, ita hic ambi-

De Militari Roman. stipendio. 13

ambiguum stipendii nomen imposuisse Lipsio videtur. Sunt enim stipendia non solum æra, quæ meret miles, de quibus in præsentia disputamus, verum etiam certus annorum numerus, quibus militare olim tenebantur. Si urgeret necessitas, XX. fuisse docet Polybius in VI. Atque hæc stipendia sunt, quorum meminit apud Livium libro XLII. Sp. Ligustinus his verbis. XXII. *Stipendia annua in exercitu emerita habeo.* Ubi annua addidit, à diurnis & mensuis ut discernentur. XXII. scripsi, ut hoc obiter dicam, libros omnes sequutus. Lipsium enim ad Taciti Annal. librum I. insuper habito eorum consensu XXX. reponentem corrumpere locum illum mihi exploratissimum est: cumque id, quod sum exorsus, pertexuero, appendicis loco in capite extremo docebo. Ut igitur ad Iunium redeam, cum per eos annos latæ essent leges, quibus annua stipendia minuebantur, factum est S. C. ut leges illæ abrogarentur. Hæ sunt, quas significat Cicero in prima Corneliana illis verbis, ad quæ Asconius ea, quæ supra recitavimus, otavit. *Quatuor omnino genera sunt, Judices in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de legibus.* Unum est ejusmodi: placere legē abrogari, ut Q. Cæcilio,

*M. Junio Coss: quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. Impediebant autem emerita breviore militia stipendia, non imminuta pecuniae summa. Sive enim quinos, sive ternos mererent in diem asses, dare nomina cogebantur: immatura autem missione obstatbat lex, quominus opera veteranorum Respub. uteretur. His accedit, quod rogationem de minuendo ære militari neque ad populum quisquam tulisset, neque populus scivisset, neque Senatus abrogari voluisse. Ut antem sub Cimbrium bellum imminuta, sic per bella civilia militibus conciliandis aucta esse stipendia Lipsio verisimile, mihi supervacaneum videtur. Cum enim duces largendi modum nullum facerent, non aucto stipendio, sed multo majore profusione, villis, agris, numerata pecunia, aut proununtiata ad militum animos sibi conciliandos certarunt. Compositis rebus Augustus denos in diem asses, ut dicere cœperam, militibus dedit, qui hanc ob causam apud Tacitum lib. Annal. l. queruntur denis in diem assibus animam corpusq; aestimari, & diurnum denarium efflagitant. Multa sunt, quæ hic nos turbent. Primum Plinii locus ē lib. XXXIII. cap. III. qui denarium urgente Annibale senisdenis assibus permutari cœptum cum dixisset, haec*

addit. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Quod si verum est, cur quælo miles apud Tacitum denarium flagitat, quem accipiebat? Deinde negotium nobis facebat res nova, ante hanc diem inaudita, & quod gravius est, cum veteribus scriptoribus pugnans, denarium Augusti & Tiberii principum ævo assibus non amplius duodenis fuisse æstimatum: quod tamen ex hoc Taciti, & alio Suetonii loco, in Domitiano, Zonara utriusque conciliatore confici videtur. Nam Sueton. cap. VII. hæc habet. Addidit & quartum stipendum militi aureis ternis. Sic legit Lipsius, non aureos ternos, ut est in vulgatis. Cum igitur Zonaras hac ipsa de re agens dicat, militibus septuagenos quinos denarios accipere solitis, Domitiani jussu centenos datos: fit, ut stipendia singula menstrua fuerint denarii viceni quini, five aureus unus Romanus. Nunc redeamus ad Tacitum, & asses menstruos trecentos, quos deni in diem efficiunt, in partes quinque & virginis diducamus: tosidem reperiemus denarios assibus non amplius duodenum. Pliniani loci una atque altera profertur à Lipsio interpretandi ratio, quarum prior illi potior, mihi deterior videtur. Posteriori habeo quod addam, quo magis illustretur.

stretur. Priorem proponam ipsis Lipsii verbis. *Ea*, inquit in commentariis in Taciti Annal. I. severitas disciplinæ militaris fuit, ut quamquam denarii præcio sæpius aucto, miles tamen nihil inde commodi senserit, sed proinde illi in stipendium denarius processerit, quasi si esset tantum assūm denum. Ea Plinius mens. Quid ego hic probem, aut non probem? quid mihi verum, quid falsum videri dicam? Severitas ad stipendium quod attinet, disciplinæ militaris fuit? imo Patrum, ut mox docebo, indulgentia. Denarii pretium sæpius auctum est? imo semel post Urbem conditam. Miles nihil inde commodi sensit? imo plurimum. Obscura clausula est. Utrum enim dicitur, milites denarium accepisse pro denis assibus, an denos asses pro denario? Si prior placet sententia, hæremus in iisdem vadis, nihilque interpretando proficimus. Pugnat, ut antea, Plinius cum Tacito. Si posterior: pugnat Lipsius cum Plinio, qui non denos asses pro denario, sed pro denis assibus datum denarium prodit. Inter hæc autem quantum intersit, qui non videat, puto esse neminem. Denos asses dat pro denario, qui dicit. Denarium meres. Cape denos asses: hic denarius est. Datur autem denarius pro denis assibus.

bus ad hunc modum. Denos asses meres? Cape denarium: hi deni asses sunt. Quid autem alienius, quam utramque rationem miscere, & posteriorem priore interpretari? ita ut qui denarium accipit pro denis assibus, Plinio teste, is denos asses accipiat pro denario, Lipsio interprete? Quando igitur nondum in hac quæstione sunt Alcedonia, restat, ut eam negemus Plinii mentem fuisse. Quod addit Lipsius. *Si alia fuit de prisca Republ. sensit, non de hac Augustæ.* Hoc demum probare possum. Unum addo: videri mihi verba illa Plinii, urgente Annibale, quæ in superiori sunt comprehensione, ad hanc quoque sententiam pertineres, quamquam non repetuntur: ut hoc dicat Plinius. Patres tam gravi & periculofo bello vexatos ad seditiones vitandas, militesq; incitandos in tanto discriminine ad vitam pro patria fortiter profundendam, voluisse denarium iis dari vetere denum assium aestimatione. Parta autem victoria, militibus quoque dari cœptum pro XVI. assibus. Et de Plinii quidem loco ita sentio. Suetonium vero Tacito conciliare majoris est operæ: nihilominus antiquitatis studiosis ut prosim, nihil intentatum relinquam. Duo igitur mili,

mihi, quantum vires mæ ferent, præstanda sunt. Sestertium Augusti & sequentium Principum ævo semper XVI. nunquam XII. assibus fuisse æstimaturn ut doceam: & Suetonii locum, vulgatosque codices, qui habent, *aureos ternos*, integrōs esse ostendam. Nam ut de sestertio primum dicam, per mihi mirum videtur Vitruvium, quem Augusto Principe scripsisse constat egregios, qui extant, de architectura libros, in eorum III. capite I. denarii primum denos, deinde senos denos habentis, asses meminisse; duodenis autem assibus permutati mentionem nullam fecisse: cum tamen ut decussis sexis, ita duodenaria æstimatio manare potuerit à pede, qui cum denarius ibi comparabatur. Ut enim pes quatuor habet palmos, uncias duodecim, digitos sexdecim: sic habuisset denarius sestertios quaternos, asses nunc duodenos, nunc senos denos. Sed multo, ut ille ait, mirius videtur, Plinium libro XXXIII. Cap. III. diligenter in hoc argumento verlatum de permuto duodenis assibus Domitianævo, se illa prodente, denario si luisse, quamquam res erat insignis, & jam inde ab Augusti principatu usu recepta, ut haud obscure significat Lipsius. His Mæcianus accedit J. C. qui sub Antoninis tanto

tanto post Plinium de æstimatione denarii scribens, hæc quidem in parte pisce est taciturnior. Quæ hæc igitur veterum scriptorum, qui Augusti, & sequentium Principum temporibus vixerunt, conspiratio est? Quod esse hoc dicam pertinax quasi de compacto silentium? An quod nunquam est factum, id mandare litteris non potuerunt? Plane ita videtur; cum ad novam sententiam convellendam ne rationes quidem, quas rationibus opponamus, desint. Per bellæ, inquit Lipsius in Tacitum, *civilia* (Et sentimus etiam nunc) creverat auri pretium Et argenti. Itaque denarius XVI. primo assibus, tandem æstimari duodenis cœpit, in eoq; stetit Augusti, Et sequentium aliquot principum ævo. Aurum & argentum, sed aurum magis, hodieque reciprocantis maris instar nunc pluris æstimari, nunc minoris pro argentiorum, & publicanorum libidine vidimus. Neque tamen arbitraria hæc, ut ita dicam, æstimatio infra legitimam unquam fuit. Pluris facta est pecunia, quam quanti erat; nunquam minoris. Atque hoc est, quod sensimus. Videamus reliqua Denarius XVI. primo assibus æstimari cœpit. Hoc aperte falsum: aut si verum est, ad rem minime facit. Falsum; si hoc dicit, quod superior postulat sententia. Bellis civilibus factum.

factum esse , ut denarius assibus senisde-  
nis permutaretur. Anno enim CLXIX.  
ante bellum civile Pompejanum , ut al-  
tissime repetam , cantum erat , id ut fieret ,  
quemadmodum ex Plinio docuimus.  
Sin hoc dicit ; cum vetus illa permuta-  
tio obtineret , pace parta , denarium non-  
nisi XIII. assibus æstimari cœptum : qui  
docet , quod instituerat ? aut quo illa  
pertinent de bellis civilibus & argenti  
pretio pereæ augeri solito ? Quod addit  
denarium tandem æstimari duodenis assi-  
bus cœptum , ejus rei caussam quæro. Ne-  
que enim assertur ulla : cum tamen ego ,  
cur augeri potius , quam minui debuerit  
æstimatio , afferre caussam gravissimam  
possim. Vix est enim ut princeps minu-  
at , vel si pecunia exundet supra votum ,  
nedum ut id faciat in ærarii angustiis.  
Ecquando fuit Resp. Romana ditior ,  
quam Perse devicto , & omni Macedo-  
num gaza Romani translata , anno V. C.  
DXXCVII. quo tempore P. R. tributum  
pendere desit : aut sub Punicum bellum.  
III. subsocialē , sub civile Pompejanum ?  
nec tamen unquam denarii æstimatio-  
nem imminutam fuisse legimus. Victo  
autem Antonio , & Jano clauso , quam-  
quam præda ingenti parta , maximas ta-  
men fuisse angustias pecuniæ publicæ  
doctet

docet Mæcenatis apud Dionem oratio lib. LII. habita anno post Ægyptum triumphum. Is fuit V.C. DCCXXV. Ea oratione Mæcenas Augusto auctor est, ut ad rem pecuniariam, quæ arcta erat, explicandam publica omnia subjiciat hastæ, tributumque imperet, in quo nihil prætereat eorum, quæ aliquem possessori fructum ferunt. Anno in sequenti, DCCXXVI. pecuniæ mutuo sumptæ in ærarium exhaustum illatæ sunt; eodem auctore initio libri LIII. Nec pax ærario, quantum ingentes postulabant sumptus, opitulata est. Anno enim DCCLVIII. Augustus ad Senatum retulit, de vœtigali novo instituendo, unde stipendia & præmia militibus persolverentur. Cumque producta re in annum in sequentem nemo omnium Senatorum comminisci quidquam, quod probarent omnes, potuisse; eo ventum est, ut vicesima hæreditatum & legatorum exigeretur, quamquam id ferebat populus animo iniquissimo. Huic vœtigali addita est anno in sequenti, quamquam aliter Lipsio videtur in Taciti Annalium librum II. centesima rerum vænalium, & quinquagesima, seu quinta & vicesima vænalium mancipiorum. Mirari hic subit Augusti & Senatoris prudentiam, qui novis exactiōibus vexat-

vexare populum instituerunt; quod erat  
ante pedes, quodque omnibus placuisse,  
non viderunt. Age Auguste: pecuniam  
quæris? quantamvis nullo negotio dabo.  
Ea modo vera sint, quæ de imperii op-  
ibus, deque festi permutatione à Lipsio  
traduntur. Habet in publicis redditibus  
HS. sexages millies, sive centum & quin-  
quaginta auri millions. Argentum exige,  
& fac, ut denarius non duodenis, sed,  
ut olim, senisdenis in posterum assibus æ-  
stimetur. Accedet lucro pars quarta, id est  
quinquaginta millions, & sumptus sup-  
petet sine difficultate ad milites tuendos,  
prosequendosque. At quarta pars vecti-  
galibus quoque si denarius augeatur, ac-  
cedet. Verum. Sed neque sine vectigali  
aliquo expediri res potest; neque hoc  
Rempublicam bello Punico II. deterru-  
it, quin pluris denarium æstimari vellet;  
neque novum vectigal facilius Urbs, &  
Italia solæ, quam totus Romanus orbis  
persolvet. Una restat examinanda, vel,  
ut verius dicam, animadvertenda Lipsii  
verborum clausula. Cum enim dicit de-  
narium duodenis assibus æstimari cœptum,  
in eo stetisse Augusti, & sequentium aliquot  
Principum ævo, rem haud obscure ad Do-  
mitianum producit: quod ni ita esset, o-  
mnia quæcunque disputat de quatuor sti-  
pendiis,

pendiis, corruerent. At Domitianus melius multo consuluissef rebus suis, si stipendio exhaustus, quod adjecerat, quam dixi proxime, adhibuisset huic malo medicinam, non praedatus esset omni modo, & fiscum acerbissime egisset. Id enim ei vitio vertit Suetonius; cuius locum superius propositum jam tempus est, ut fartum tectum tueamur, & à minime necessaria emendatione vindicemus. *Addit,* inquit, *& quartum stipendum militi aureos ternos.* Hæc ita accipio, ut milites, qui tribus stipendiis ad aureos binos, & denarios aliquot pervenerant, quarto addito, tres totos aureos acceperint. Novam sententiam oppugnat aperte allatus à Lipsio & à Torrentio semel & iterum Zonaræ locus, de quo quid mihi videatur, dicam posterius: nunc vera hæc sententia esse possit, nec ne possit, videamus. Milites apud Tacitum denos accipiunt in diem asses Augusti, & Tiberii principum ævo: trecentos igitur in mensem dierum XXX. Hos in sexdecim partes qui diduxerit (tot enim assibus per ea tempora, ut diximus, denarius permutabatur) is comperiet esse denarios XVIII. asses XII. Hoc igitur unum, mea quidem sententia, stipendum est. Adde alterum; denarii fient XXXVII. asses IIX. Tertium succe-  
dat;

dat; denarii erunt LVI. asses IV. cumque  
aureus Romanus denariis vicenis quinis  
aestimetur, tria stipendia erunt aurei bini,  
denarii seni, asses quaterni: quos rotun-  
davit, ut cum Horatio dicam, Domitia-  
nus, cum quartum stipendum addidit.  
Nam si denariis LVI. assibus IV. denarii  
accedant XIIII. asses XII. denarii fient  
LXXV. id est rotunde aurei terni, quos  
aucto à Domitiano stipendio R. milites  
accipiebant. Hac ego ratione cum &  
veterem tuear denarii aestimationem, &  
probatam non modo impressis, verum  
etiam omnibus, ut docti viri testatum re-  
liquerunt, calamo exaratis codicibus Sue-  
tonii lectionem, tamenne verear, ne Zon-  
aræ malint viri docti credere? Non ve-  
rear, ne si nihil quidem habeam dicere,  
nisi à Latinis scriptoribus Græcum, ab hi-  
storicis historicum dissentire. Solet fie-  
ri, ut vel illi norunt, qui historias primo-  
ribus labris attigerunt. Græci præsertim,  
cum à Latinis hauriunt, multa pervertunt.  
Id Zonaræ ut non acciderit, illis fortasse  
accidit, quos ille habuit hujus rei aucto-  
res. Ut ut est, uno verbo, qui nihil velit  
in historia pugnans relinquere, is omnes  
corrumpat, vel è medio tollat, necesse  
est. Hæc habui, de diurnis, sive menstru-  
is stipendiis quæ dicerem. De annuis  
fuse

fuse hic disputandi consilium non est.  
De Sp. duntaxat Ligustino, ut me factu-  
rum recepi nonnulla, quæ appendixis  
loco erunt, attemam. Is apud Livium  
lib. XLII. viginti duo stipendia annua se  
in exercitu emerita habere dicit. Lipsi-  
us invitis libris plane omnibus XXX. re-  
ponit. Ego illi Sp. ipsum Ligustum  
judicem fero, cuius verbis nonnisi XXII.  
fuisse docebo. Miles, inquit, si in factus  
*P. Sulpicio. C. Aurelio Coss:* is fuit annus V.  
**C. DLIII.** quo Philippicum bellum ini-  
tum est. *Devicto Philippo, Macedonibusq; cù in Italiam transportati, ac dimissi eßemus.*  
Is annus fuit **DLVII.** Quinque igitur ha-  
cenus habemus stipendia. *Continuo miles*  
*Voluntarius cum M. Porcio Consule in Hi-*  
*spaniam sum profectus.* Annum significat  
**DLVII.** Triumphavit Porcius anno in-  
sequenti. Bina hic stipendia. Sequuntur  
anni **DLX.** **DLXI.** quibus non militasse  
Ligustum indicant, quæ apud Livium  
sequuntur. *Tertio iterum voluntarius miles*  
*factus sum in eo exercitu, qui aduersus*  
*Ætolos, & Antiochum est missus.* Pri-  
mum enim *T. Quintio,* deinde *M. Por-*  
*cio, tertio *M. Acilio* ducē meruit annos*  
*duos **DLXII.** **DLXIII.** quo anno *expulso**  
*rege *Antiocho, subactis Ætolis reportati,**  
*inquit, sumus in Italiam.* Bina hic quoque  
stipen-

stipendia. Totidem, quæ sequuntur. Et bis  
deinceps, quæ annua merebant legiones. sti-  
pendia feci. Anno DLXIV.DLXV. Quin-  
quennio insequenti vacatio illi militiæ  
fuit, ut docent, quæ sequuntur, *Eis deinde*  
*in Hispania militavi, semel Q. Fulvio Flac-*  
*co, iterum Ti. Sempronio Graccho Prætore.*  
Flaccus Prætor fuit anno DLXXI. triun-  
phavit DLXXXIII. quo ipso anno à Ti.  
Graccho rogatus in provinciam iit, atque  
ibi fuit usque ad ejus triumphum, qui in-  
cidit in annum DLXXV. quinque igitur  
in Hispania stipendia fecit. Ex eo tem-  
pore Imperatores non nominat, sed rem  
uno verbo absolvens XXII. inquit, *sti-  
pendia feci*, ut intelligamus militasse eum us-  
que ad Persicum bellum, quod anno V.  
**C. DLXXXII.** quo hæc agebantur, suscep-  
ptum est. Inter annum autem DLXXV.  
& DLXXXII. sexennium intercedit,  
quod si XVI. quæ jam numeravimus, sti-  
pendiis addas, XXII. fient. Cogitandum  
igitur Lipsio fuit, antequam huic loco  
manus afferret, non modo quot interPhi-  
lippicum & Persicum bellum essent anni  
interjecti, verum etiam an fieri potuerit,  
ut Sp. Ligustinus non semper militaret.  
Quamquam ut apud exercitum perpetuo  
fuerit, non nisi XXIX. stipendia potuit me-  
rere, qui anno XXX. militiam detrectavit.

De

*Et bis  
sti-  
quin-  
utiae  
einde  
Plac-  
etore.  
cum-  
a Ti.  
tque  
i in-  
gitur  
tem-  
l rem  
ipen-  
en ul-  
o V.  
usce-  
XXV.  
edit,  
s, sti-  
ndum  
loco  
rPhi-  
anni  
uerit,  
taret,  
petuo  
it me-  
ltavit.  
De*

*De Militari Roman. stipendio. 25*


De Romanorum igitur stipendio ita censeo: Neque Polybii obolos binos, neque Plauti nummos ternos esse tres as- ses. Neque Polybium aut floruisse, aut scripsisse sub bellum Punicum II. Neque Junium Consulem ex S. C. leges, quibus æra militaria minuerentur, abrogasse. Neque per bella civilia stipendiis auctis, sed immodicis largitionibus esse certatum. Neque bello Punico II. denos asses pro denario militibus datos: neque post id bellum denarios, nisi pro XVI. assibus. Neque denarii pretium nisi semel au- ctum, nec unquam postea id imminutum, & ad asses XII. redactum. Nec Suetonii locum de aureis ternis à Domitiano mi- liti datis, aut Livii de XXII. annuis Sp. Ligustini stipendiis emendatione indi- gere.

F I N I S.



I

In



## INDEX

In quo barbaricæ numerorum notæ 1. 2. librum de frumentatione, Romanæ autem I.

II. Commentarium de militari stipendio significant.

### A

- Driani frumentaria largitio. 97.  
Ediles plebis quo anno primum creati. 29. frumentum publicum curant. 138. Curules ibid.  
Ægyptij frumenti modus. 156. & seq. 166.  
Ægyptus triplo maior Sicilia 162. efficit passim cum centesimo ibid. quintam fructuum partem P. R. persoluit. 163.  
166. quantam frumenti vim quotannis tulit. 83.  
Ararium militare & vestigalia in id illata. XIX.  
Æstatem Attici vocant, quod Latini ver. 30.  
Africa una e tribus præcipuis frumentariis provincijs. 152.  
Africani frumenti modus. 153. 144. 155. 156.  
Alexandri Imp. frumentaria largitio. 99.  
Alimentaria leges. 45.  
Araða Ægir.  
Ancyrani lapidis fragmentum emenda. 79. 124. 125. & seq.  
Arumentos quis. 63. 64. 65. & seq.  
Ammoniae sine ammonianæ leges. 45.  
Annua stipendia quo. XI.  
Annui R. Imperij redditus. XX.  
Antonini Tij frumentaria largitio 97. Philosophi. 98.  
Απογραφη. III.  
Apparitoribus magistratum frumentum gratis datum. 15.  
Apptanus defensus. 48.  
Appuleij Philosophi ætas. 98.  
Appuleij lex frumentaria 51. cur lata. 53.  
Aratoribus frumentum Augustus dederit necne. 109.  
Asconij in Corneliam locus declaratus. X.  
Auctori ad Herennium fides conciliata. 52.  
Augusti frumentarie targitones. 77. 123. & seq. consilium de frumentatione abienda. 77.

# INDEX

*Augustus publicam pecuniam largius prosua. 81. quinque & triginta milliones in Remp. absumpsi, praeceps duo patrimonia. ibid. aratoribus & negotiatoribus an frumentum gratis distribuerent 110. quam multis dederit. 122. 123. 124. 125. & seq.*

*Aurelianus panem primus dedit. 100.*

## B

*Bibuli adilis de Cesare collega dictum. 44.*

## C

*Ælij ad Ciceronem in epistolis locus à minime necessaria emendatione vindicatus. 146.*

*Cæsar consulatus candidatus nummaria largitione a patribus oppugnatur 70.*

*Cæsar's adilitas. 44. frumentaria extraordinæ largitio. 76. 105.*

*C. Grachi frumentum orationis 49. frumentaria lex. 45.*

*Caracalle frumentaria largitio 106.*

*Cassiodorilocus de pane vanalt. 165.*

*Catonis suavis frumentū egenis datum 67. non tam gratis. 73.*

*Confires an recensum fecerint. 112.*

*Centesima rerum vanalium, vestigial. XIX.*

*Ciceronis locus in Frumentaria. 114. in epistolis ad Atticum obscurus. 68.*

*Cinibus omnibus frumentum nunquam gratis datum. 136.*

*Clodia leges frumentarie due. 72.*

*Cohortibus prætorijs frumentum gratuitum Nero primus dedit.*

*107. 134.*

*Collegium pistorum a Trajano institutum 86. quo consilio 96.*

*Commentarij veteres in Iuuenalem, Persum, Horatij Satyras corrupti 87.*

*Corona e panibus ab Aureliano populo R. data. 100.*

*Curionis varia lex. 146.*

## D

*Denarij pretium quando auctum. IV.*

*Denarium pro denis assibus dare quid sit. XIV.*

*Dimensum quid. 97.*

*Dio cum Salustio & Demosthene collatus 59. eius locus illustratus 60. de Augusti largiobus locus 81. de recensu a sare*

# IN D E X

Cæsare facto 120. de Augusti recensu. & cōgiario 124.  
Domitianus quartum milii stipendium ut addiderit. XXII.  
eius frumentaria largitio 94.  
Donare quis dicatur. 19.  
Drachma sēnos habet obolos. IV.

## E

Etrusci farre plurimo uebantur. 36.  
Ezēriac. III.

## F

Far in magno apud Etruscos usū 36. eo tantum usū Romani  
annis amplius CCC. ibid. triuicū interdum significat. ibid.  
Frumentaria C. Gracchilex 45. abrogata. 51. incerti auctoris.  
ibidem Sæturnini ibid. Drusij. 53. Terentij & Cæsij. 55. per-  
lata 56. Clodij una atque altera 72. 73. cur diurna 76.  
Frumentaria M. Seij largitio 41. Cæsaris 75. 105. Augusti  
non una 78. Tiberij 82. Neronis ibid. & 86. 87. 92. Titij ibid.  
Domitiani 94. Nerva 95. ibid. Adriani 93. Antonini Pij 98.  
Antonini Philosophi ibid. Septimij Seueri 99. Caracalla ibid.  
Alexandri ibid.

Frumentaria procuratio sordida quibusdam uisa 141.

Frumentaria largitionis initium 20. 25. 28.

Frumentaria prouincia 41. quæ dicantur 152. tres præcipues  
ibid. naues immunitate a Nerone donatae. III.

Frumentationis nomen quando usurpari septum videatur 19.  
Frumenti curatio inter imperij firmamenta 192. Roman in-  
uicti pondera 156. 157. & seq. modus initio incertus 103. @  
Gracchio desinuit ibid. auctus a Seuero & Caracalla 106.  
præsumt a Nerone imminutum 82. Sicili modus 153. Afric-  
cani ibid. Egyptij 156. & seq.

Frumentum quid significet 35.

Frumentum curarunt reges 137. Senatus ibid. Ediles plebis  
ibid. Minutius extra ordinem 138. Ediles curules ibid.  
Prætor de maiestate ibid. Sex. Clodius extra ordinem 139.  
Tompeius ibid 140. Ediles Cereales ibid. Augustus, Tibe-  
rius 141. 142. Præfectus annonæ ibid. Præfectus prætorio 145.  
Frumentum ab Imp. in annona caritate levissimo præcio da-  
zum 77. a Nerone milibus prætorianis 92. Populo a prisatis

# INDEX

testamento donatum 42. 43. vicatim distributum illud.

H

**H**alicarnassensis corrupta usus chronologia 28. eius error in  
Ædilibus plebis anni (CCLXVI. 31.

I

**I**mperij Romani annus reditus XI.

In iuuum frumentariæ largitionis falsum 20 verum 22. & seq.  
Joséphi de Africano & Agypcio frumento locus examinatus  
155. & sequen.

Juvenalis aetas 86. locus Plinius & Persiani collatione illustra-  
tus 90. alter locus 94. scholia & auctoritas 78.

Juvenalis frumentaria largitionem agnoscit. 93.

L

**L**apidis Ancyra fragmentum emendatum 79.

Largitiones ennes sunt blandimenta 22.

Largitiones frumentaria Cœsar is 75. 105. Augusti 77. Tiberij  
82. Neronis 83 &c. lege Frumentaria largitiones.

Laurentij Pignorij laus 165.

Leges rem militarem impedientes S. C. abrogata XI.

Leges frumentaria 45. annonaria ibi t. alimentaria. ibid.

Lex frumentaria. lege Frumentaria lex.

Lex prima de frumentaria largitione 55.

Lex Viaria Eurionis 146.

Liberini frumentum excepereunt 108.

Libra Romana Patavina maiori ut respondeat 165

Lipsius Linij locum corrumpt 20. 39. Plinius. 11. Victoris II.  
Suetonij XIII,

Lipstj de militari stipendio loci c commentario in Taciti An-  
nali um primum examinatus 14. & seq.

Linia lex frumentaria 53. abrogata ibid.

Linius corrupta Chronologia usus 28 eius locus, ex quo frumen-  
tarie largitionis initium eruit Lipsius, examinatus 20. & seq.  
corruptus a Lippio 21. X. XII. eius error 28.

M

**M**. Linij falsum de largitionibus suis dictum 74.

M Seij frumentaria largitio 41. olearia 42.

Mari-

## INDEX

- Marius legi frumentaria intercessio* 51.  
*Media annona Plinio qna* 85.  
*Medimnum modios sex R. capit* 118.  
*Militare ararum quibus uictigalibus instructum XIX.*  
*Militare stipendum. lege stipendum.*  
*Minucij Augurini frumentaria largitio* 34.  
*Modis quimi frumenturij legibus dati* 109. non sensi ibidem. non deni 105.  
*Modius Romanus cum Tatanino collatus* 166.  
*Modus annone Tacito quis* 85. frumenti initio incertus 102. a Graccho definitus 103. modium quinum uidetur fissile 103.  
autus a Seuero. & Caracalla 106.  
*Mos Porsonae bona Roma vendendi* 26.

### N

- Naves frumentarie a Nerone immunitate donatae* 111.  
Negociatores ab Augusto an frumentum acceperint 109.  
Nero gratuitam frumentationem sustulit 83. publici frumenti premium inminuit ibid. frumentum dedit 92. frumentarii as naues immunitate donauit 110. cohornibus praetorianis frumentum gratis primus dedit 107. 134.  
*Neruæ frumentaria largitio* 95.  
*Numerus accipientium publicum frumentum lege Sempronia, Appuleia, Lilia incertus* 113. lege Terentii ibid. 115. 118.  
S.C. in sententiam Catonis 119 sub Casare 120. an a Casare autus 121. a Tiberio minime autus 131. sub Nerone 134. sub Severo ibid.  
*Nummus & sestertius ibidem.* IX.

### O

- Olearia M. Seij largitio* 42.  
Olej. vis ingens a Leptis Magnis exacta 154.  
*Olympiodori apud Photium locus declaratis* 164.

### P

- Pane a propria plerique Roma vinebant* 96.  
Panis nomine copia annone significatur 49.  
*Paris ab annoce prefecto distributus* 151. ab Aurelianico pro frumento primum datus 100.  
*Papilli I.C. atas* 99.

# INDEX

- Pecunia vii quotannis effusa frumentarijs largitionibus 65.  
πεντετρια 34.
- Peregrini ante ciuitate quam frumento donati 107.
- Persii mors 86. locus illustratus 89. Scholiast & auctoritas ibid.
- Perronius Aegypti praefectus 161.
- Tistorum collegium a Traiano institutum 86. quo conflitio 96.
- Plauti mors 9 e Mostellaria locus 8.
- Tlebis secessio & redditus in urbem 29.
- Plinius triplor Iuuenale censor 90. eius locus frustra a Lipsio tentatus 33. alter locus illustratus ibid. & 35. cum Persia coeatus 90. locus illustratus XIII. XIV.
- Plutarchi obscurus locus 37. de Africano frumento 153. loci duo conciliata 40.
- Polybius quando historiam scribere caperit 6. cur lib. VI. Romanorum inslitarasi exsequuntus ibid. eius etas 7.
- Porsene bona uendenti mors 26.
- Praefectus annona principi vicarius 142 panem distribuit 150.
- Praefecti frumento dando ab Augusto instituti 149.
- Pretoria cohortes frumentum gratis a Nerone primum acceperunt 107 134.
- Premium frumenti 83. a Nerone imminutum 82. nullum fuit publici frumenti quod lege Clodia dabatur 83.
- Provincia frumentaria qua 43. tres pricipia ibid. 152.

**Q**uinagesima uenalium mancipiorum vestigia. XIX.  
Quinque & triginta millions Augustus ex amicorum testamentis percepit 81.

**R**ecensio & recensus quid 112. a Censoribus non videntur facta ibid. a Cesare 121 ab Augusto 124.

Romana Resp. quibus temporibus ditissima XVII. XIX.

Romanis farre tantum frumento trecentis annis usi 36.

Romanis imperij anni reditus XIX.

**S**Alustrij locus 54 collatus cum Demosthone 59. & seq.

Scholiaste Tertij auctoritas 87.

Semisse ac tricase cur frumentum plebi datum dicatur 46.

Senat

# INDEX

- Senatores frumentum acceperunt 107.  
Senatus frumentariæ largitionis auctor videtur fuisse 28.  
S.C. in Catonis sententiam de frumentaria largitione 63. an res  
tum fuerit usque ad legem Ciodianam 67. & seq. frumentum  
e gratis datum non est 79.  
Seni oboli drachmam faciunt IV.  
Septimii Seueri frumentaria largitio 98. 106. 134. Congiarium  
135.  
Sestertius & nummus idem IX. post bellum Punicum secun-  
dum semper senisdenis asibus astimatus XV. an sub Augus-  
tus, & sequentibus principibus duodenis asibus si permuta-  
tus XVI.  
Secessio plebis septembri extremo 29.  
Sicilia frumentaria prouincia una e tribus præcipuis 153. quæ  
frumenti numerum Romanos quotannis miserit ibid. & 165.  
multo minor Egypto 162. grani pondere & feracitate cum  
Egypto certavit 163. dnis decumas persoluit 56. quam  
frumenti vim quotannis tulerit 163.  
Siculi frumenti preium in Sicilia 119. Roma ibid.  
Tributum 45.  
Tributum ibid.  
Tros quid 38.  
Spartiani locus 139.  
Sp. Ligustini virginis duo stipendia XI. XXIII. & seq.  
Stipendia annua que XI. XII. quod Romanus miles mereret. &  
Stipendia quatuor Romanorum militum que pecunia summa  
11. XII. XX. & seq.  
Stipendiij nomen ambiguum IV. X.  
Stipendum milibus Romanis dari quando captum IV. Pto-  
nico bello secundo quod fuerit XV. Polybij etate a Casare in  
perpetuum legionibus duplicatum X. sub Cimbricum bellum  
auctum non est ibid. nec per bella ciuilia XII sub Augusto &  
Tiberio XIII. sub Domitiano XXI. XXII.  
Suetonij locus 109. a Lepisi commendatione vindicatus XIII.  
ibid. XXI.  
Sylla tribunitiam potestatem minuit 54.

## INDEX

**T**acitus Xiphilino conciliatus 84. eius loci 93. 131. 132.  
134. XIV.  
Terentia lex frumentaria 55. perlata 58. quandiu rata ibidem.  
Tessera frumentarii 100. vili vendebantur 112.  
Tiberius quocta annis anno quaestor. 42. eius frumentaria largi-  
tio 82. 131.  
Titi imperatoris frumentaria largitio 92.  
Trajanus pistorum collegium instituit 87. quo consilio 96.  
Trecena bonorum M. a Porfena in urbe obsessa 26. & seq.  
Tribuni plebis quo anno primum creati 29.  
Tribunitia potestas a Sylla immunita 54. a Pompeio, & Crasso  
restituta 55.

### V

**V**enialium rerum centesima vestigal. XIX. mancipiorum  
ibidem.  
Vestigal centesima XIX. quinquagesima, quinta & vicecima.  
vicecima. ibid.  
Vixaria Curionis lex 147. similes agrarie Rulli 148.  
Vicinium frumentum distributum 43.  
Vicesima hereditatum & legatorum XIX.  
Victoris locus declaratus 155. de Egipto frumento 160.  
Vinearia Curionis lex 146.  
Ulpiani I.C. atus 99.  
Vopisco lux allata 101.

### X

**X**iphilinus Tacito conciliatus 83.

### Z

Zonara de quatuor militum stipendijs locus XIII. XXII.

F I N I S.

GRACCHIENSIS



132.

idem.

largi-


q.


Crasso


orum

fines

II.








1000.

Zuidla



Biblioteka Jagiellońska



Std r0021467

749 — 752